


This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/


Gh
63
345

Harvard College,
1868.

5-82

1398

Gk 63.345.



DE · ILIADIS · LIBRO · PRIMO ·

AD ·

VIROS · HUMANISSIMOS · ORNATISSIMOS · INLUSTRISSIMOS ·
PROFESSORES · DOCTISSIMOS ·
PRAECEPTORES · OPTIME · MERITOS ·

CAROLUM · MUELLENHOFFIUM ·
AEMILIUM · HUEBNERUM ·

ET · AD ·

VIRUM · CLARISSIMUM · ERUDITISSIMUM · OPTIME · MERITUM ·
GYMNASIORUM · SAXONUM · BORUSSORUM · INSPECTOREM · REGIUM ·
QUI · EST · A · REGIS · BORUSSORUM · CONSILIIS · SCHOLASTICIS ·

CAROLUM · GUSTAVUM · HEILANDUM ·

UT · DEBITAS · IPSIS · REFERRET · GRATIAS ·

CONMENTATUS · EST ·

IOANNES · CAROLUS · BENICKEN ·
PHIL · DR ·

BEROLINI · A · MDCCCLXVIII ·

APUD · S · CALVARYUM · ET · SOCIUM ·

T 213

Gh 63.345

1873, Jan. 23.
Subscription Fund.

DE ILIADIS LIBRO PRIMO.

„Sein urteil befreit nur wer sich willig ergeben hat."
Lachmann.

Perlegentibus nobis et animo percipientibus titulos librorum, qui inter Wolfium et Lachmannum de rebus Homericis conscripti sunt, primo adspectu adparet duas fuisse illius aetatis Homeridarum factiones, alteram Wolfianorum, alteram Antiwolfianorum. quorum alteri Wolfiani Wolfii magistri caussas et argumenta firmaverunt in eiusque studiis libentissime perrexerunt neque defuerunt, qui longius progressi sola ambarum quasi epopoeiarum analysi rem ad aliquem finem perduci posse et interlegerent et confiterentur. atque inter hos quidem sunt, qui quasi *πρόδρομοι* Lachmanni ex eis, quae philologus ille clarissimus postea perspicue demonstravit, non nulla subspicati sunt. quorum ex numero unum Geistium in additamentis ad Lachmanni considerationes Hauptius, alterum C. W. Kayserum in libello, qui inscribitur Homer und der epische kyklos, Duentzerus recte laudat. quorum ille in programmate Giessiensi diu ante Lachmannum quintam Iliadis rhapsodiam tractavit et posterioris originis esse demonstravit, hic dissertationem de interpolatore Homerico a Koechlyo laudatam conscripsit. verum enim vero ex omnibus illis, qui ante Lachmannum de Iliadis Odysseaeque origine cum Wolfio senserunt, nemo quae Wolfius coeperat ea ex omnibus partibus ad finem exigenda sibi sumpsit. rectam et unice aptam viam omnium primus ingressus Lachmannus est. qui quidem cum et Wolfii prolegomenis et ipsius de carminibus quae sunt de Nibelungis (de quibus primum habita in initio Wolfianarum de carminibus Homericis sententiarum ratione, sed ilico, ut cum Muellenhoffio loquamur,

ultra eum progressus egit in lectione ad adipiscendum in academia Berolinensi magisterium anno 1816 haud multo post ipsius ex bello Gallico reditum habita, cuius paullo post cum adnotationibus apud Ferdinandum Duemmlerum editae titulus est: über die ursprüngliche gestalt des gedichts von der Nibelunge noth, deinde locutus est in conmentatione, quae inscribitur: kritik der sage von den Nibelungen, in lucem edita in museo Rhenano anni 1829, denique conmentatus est in adnotationibus illis clarissimis, quae inscriptae anmerkungen zu den Nibelungen und zur klage prodierunt anno 1836) disquisitionibus incitatus alium in aliis partibus sermonis colorem, rerum narratarum discrepantias satis multas et suturas non paucas adesse interlexisset Wolfiumque graviter ferret non eo progressum esse, ut indicaret, quibus locis suturae adhibitae essent et variorum auctorum singula carmina a Pisistrateis diasceuastis seu concinnatoribus ad conficienda illa duo Iliadis et Odysseae corpora consuta essent, ad id obficium a Wolfio, cui multa debentur, omissum paratus ad rem exigendam et doctrina et peritia et summo ingenio adcessit libellisque duobus, quorum alter primum volgatus est in litterarum et scientiarum academiae actis anni 1837, alter primum emissus in eisdem actis anni 1841, ea Wolfii sententia, ex qua Ilias et Odyssea Pisistrati iussu Athenis ex singulis carminibus ante sextum saeculum disfusis et disiectis et primum ab aoedis tum a rhapsodis sola memoria inde a medio saeculo duodecimo servatis et per Graeciam cantatis et declamatis in duo illa magna corpora conglutinata eoque tempore primum litteris consignata sunt, pro disquisitionis fundamento posita Iliadem in eum finem tractavit, ut caussis satis idoneis ex ipsis carminibus eorumque analysi haustis nixus eam ex decem et novem (non enim catalogus quanquam ex schola Boeotica ortus a reliquis carminibus, ut fieri solet ab eis, qui de Lachmanni sententia referunt, discerpendus est) variis variorum auctorum carminibus invectis a quattuor illis Pisistrati adiutoribus et conectendarum singularum partium caussa et ad Pisistratum eiusque tyrannidem ipsasque Athenas et Athenienses laudandos et praedicandos et versibus singulis et partibus maioribus in unum corpus conglutinatam et conexam demonstraret. coniuncti libelli additamentisque et ipsius Lachmanni, cuius est brevis illa de Zenodoti in numerandis Iliadis diebus ratione dissertatio, et

Mauricii Hauptii, magistri nostri laudatissimi et doctissimi, aucti sumptibus et typis clarissimi Germaniae bibliopolae Ge. Reimeri prodierunt primum anno 1847, deinde curante Mauricio Hauptio anno 1865 praefixo titulo: betrachtungen über Homers Ilias von Karl Lachmann mit zusätzen von Moriz Haupt. quarum considerationum solarum Hauptius in suis de Iliade scholis rationem habere solet. at vero quod Lachmannus solam Iliadem tractavit, caussa in eo est, quod qui totam rem movit Wolfius eam potissimum tractare subcessores iussit, quod Odysseae conpages admirabilis pro summo et praeclarissimo Graeci ingenii habenda esset documento. cui opinioni ex sola specie subcepta rectissime respondit et contradixit Bekkerus in sua de Odysseae prooemio dissertatione foliis Homericis inserta. ac vere quidem Odysseae conpages non est talis, ut non inveniantur suturae, sed eodem modo quo ex Iliadis corpore etiam ex Odysseae conexu qui legit et tractat, nisi praeobcupatas opiniones tuetur, is eruet carmina, quae quod maioris sunt ambitus quam pleraque de ira Achillis carmina, caussa in eo est, quod non eiusdem ac plurima Iliadis carmina aetatis sunt sed aliquanto posterioris, qua iam coepta est maior fabularum copia in unum corpus conponi, id quod iam factum est a prioris scholae Homericae auctoribus postremis, cuius generis est et auctor carminis de ira Achillis quinti decimi et auctor sexti decimi. neque vero disficilius videtur esse in Odysseae corpore quam in Iliadis conplexu dignoscere a bonis et genuinis carminibus partes et particulas, quae aliena diasceuastarum manu intrusae sunt, et fragmenta, quae aliunde adrepta sine iudicio iuvecta sunt. sed ad Lachmannum redeamus. is cum editis suis considerationibus gravissimo certamini post Wolfium orto nova ut ita dicamus arma et auxilia adtulisset, qui ante fuerant Antiwolfiani Antilachmanniani exstiterunt multosque nimis credulos neque aptos qui suo studio eorum quorum scholis intererant sententias refutarent et abicerent in suas opiniones dolo malo adsciverunt. quorum primos, qui Iliadis et Odysseae unitatem ut dicunt tuentur, cum Koechlyo sub nomine unitatis pastorum conprendimus. eorum per totum nostrum opus quam rarissime poterimus mentionem faciemus, cum eorum opiniones non dignae sint undevicesimi post Christum saeculi philologis neque ad refutandum idoneae atque per se ineptae satis infringantur sola ea re, quam nos per hoc nostrum

opus perficiemus duce Lachmanno denuo carmina pertractantes novaque argumenta adicientes ad Lachmanniana, quae, quanquam satis poterant rectam Iliadis originem demonstrare, non adcepta esse videntur, quod pauca erant ex multis quae adsunt ipsique adversarii non tantopere erant callidi, ut quae Lachmannus consulto omiserat ea argumenta adicerent. tuentur autem illi unitatis pastores omni critica facultate et ingenio destituti opiniones, quas priores philologi, quibus deerat et via recta et epicae poëseos apud alios populos analogia et scholiorum cognitio, ab antiquis adceperant, neque quanquam a Lachmanno digno quo auspice et duce omnes uterentur moniti ad alias rectiores sententias abduci patiuntur. haec recte videntur praemissa de illis unitariis, quorum inter se diversorum sunt Nitzschius, Naegelsbachins, Baeumleinius, Bernhardyus, Ritschelius, alii, qui in eo uno ab antiquis criticis distinguuntur, quod quasdam partes vel particulas in Iliadem et Odysseam intrusas censent posteriore rhapsodorum qui Iliadem et Odysseam primum uno tenore conpositas in singulas rhapsodias disiecissent interpolatione. solus eorum, quos nominavimus, Bernhardyus aliqua re, quam ipse non satis definit, se ab eis diversum esse in historia litt. Gr. dicit. censere ille videtur, ni multis eisque non satis perspicuis ambagibus decepti falsique sumus, unum Homerum ambo illa poëmata usum antiquioribus ipsi per rhapsodos traditis singulis carminibus conposuisse circa 950 annum, sed ea postea disfusa posterioribus diasceuastis ansam interpolationis multam praebuisse, cui opinioni Nitzschii opinio haud absimilis est. sed uterque nostra disputatione satis refelletur una cum Ritschelio, qui post Homerum, qui ex antiquioribus carminibus et novis ab ipso confectis Iliadem et Odysseam conposuisset, paucas tantum factas esse interpolationes iudicat. praeter quos Antilachmanniani exstiterunt neque tamen illis adsensi sunt Duentzerus, Grotius, Friedlaenderus, qui Iliadem nostram opinantur concretam ex Achilleide (*Α*, *Θ*, *Λ* sqq.) et Iliade parva (B—H, K) eorumque duorum poëmatum principio uno tenore conpositorum partes casu disfusas esse, tum quodam tempore in unum conexum conlectas et Iliadem interpolationibus partim iam a rhapsodis singularum partium liberrimis traditoribus inlatis inquinatam, Odysseam vero unum unius auctoris opus esse iudicant. tertiae porro Antilachmanniorum classi insunt qui venantur

quidem carmina, sed aliter restituunt. quorum praecipui sunt Koechlyus et Ribbeckius. quarto denique in ordine est quem pauci secuntur Minckwitzius, qui Homerum censet ingentem carminum de ira Achillis et de reditu Ulixis numerum conposuisse ex eisque pauca tantum servata esse. quintam postremo classem efficit quem fortasse nemo sequitur nisi qui ineptus est et indignus qui inter philologos numeretur, Kienius, qui ante Lachmanni sententiarum fautor nunc de eis in infimum locum degressus de rebus Homericis eadem quae Aristoteles sentit. cuius opiniones qui sibi persuadebit, ei nihil opus erit audire Curtium, qui quemquam, priusquam nova docet, recte iubet summo opere universa de rebus Homericis studia inde ab Aristarcho usque ad Lachmannum pertractare. viguit enim Aristotelis opinio propter rectae in re critica viae defectum et antiquitatis de Homero religionis et fidei quasi conditore et primo doctore opiniones excusanda ante Aristarchum. nunc ad Lachmanni de Iliade considerationes revertamur oportet, ut, quali modo criticus ille in integrum restituerit carmina de ira Achillis rectumque eis et unice verum nitorem reddiderit, interlegamus et a summo signifero eorum carminum formam antiquissimam doceamur. de ea enim in hac nostra dissertatione agere propositum nobis est, cum, nisi quae sit carminum forma antiquissima interlexerimus, fieri non possit, ut carmina de ira Achillis in integrum restituta ex Iliadis conpage edamus et additamenta, continuationes, interpolationes praesenti conexu non aptas conligamus. qua in re opus erit rationem nos habere eorum, quae Hauptius protulit in scholis suis, in quibus respectis solis Lachmanni considerationibus ex Iliade carmina de ira Achillis genuina magistrum illum et signiferum maximam partem secutus enucleavit abiectis illis additamentis, quae aut ex aliis eiusdem scholae carminibus non prorsus servatis aut ex concinnatorum ingenio ad corpus constituendum addita sunt manu quattuor illorum Pisistrati adiutorum, quorum tria nomina ex scholio Plautino Graece ab Ioanne Tzetze ex Latino sermone, quo in codice Ambrosiano utitur, verso, Latine in codice Plauti Ambrosiano servato et a Ritschelio optime edito, ea qua initio utebatur forma Graeca a Cramero in anecdotis Graecis e cod. bibl. Paris. editis in lucem prolato nobis innotuerunt, Orpheus Crotoniates, Zopyrus Heracleotes, Onomacritus Atheniensis, quartus ignoratur, cum apud Tzetzem et

in Ambrosiano Concylus non addito urbis ipsius nomine legatur idque nomen primum locum teneat, apud Cramerum ante Orpheum nullum nomen, post Onomacritum Atheniensem sit *καὶ καγ ἐπὶ κογκυλω*, unde quid coniciendum sit apud doctos non constat, nos vero censemus eis litteris tectum esse quarti adiutoris nomen cum eius patria urbe neque tamen id posse ita elici, ut cuique persuadeatur coniecturam forte fortuna inventam esse rectam. denique non poterimus, quin Koechlyi quoque in hac de carminum de ira Achillis origine dissertatione multam habeamus rationem multamque faciamus mentionem. is enim alterius nostrae aetatis Homeridarum classis praecipuus quasi civis, summi signiferi discipulus, in carminibus et de ira Achillis et de reditu Ulixis in integrum restituendis inde ab anno huius saeculi quinquagesimo, abs quo in dissertationibus indicibus lectionum Turicensibus praemissis primum Iliadem usque ad librum octavum, deinde Odysseae I, 1—87, V, 28—XIII, 184, eas nimirum partes, quas Kirchhoffius haud false antiqui nosti et apologorum nominibus insignit, in eum finem tractavit, ut geuuina inveniret et enuclearet carmina, summam operam inpendit, sed, etsi se Lachmanno duce et auspice Lachmanno rem gesturum promittit et sane hic illic Lachmanni considerationes pro disputationis suae habet fundamento sententiasque ibi prolatas probat et simpliciter repetit, tamen multo pluribus locis quam sunt in quibus Lachmannum et Hauptium ex omnibus partibus probat proprio Marte rem gerit et legem illam strophicam optime in catalogo ab ipso adhibitam, postquam Gruppius et Soetbeerius in restituendis carminibus illis adhibuerunt, ex quibus conposita est Hesiodi cuius sub nomine volgo circumfertur theogonia, ad omnia carmina transfert eaque re poësin Homericam non catalogicam magis diruit et vexat quam restituit. sed de ea lege strophica nihil nos opus est addere, cum se nunquam propter eam versum aut versus emovisse claris verbis in editionis praefatione dicat. aliae igitur caussae eum permoverunt, ut Lachmanni vestigia relinqueret. est enim novarum rerum studiosus idque novarum rerum studium eum in rebus Homericis in falsas vias seduxit effecitque, ut non recte omnia circumspiceret neque studiose caveret, ne quis ipsius opiniones refutare posset, et carmina alius prorsus indolis, alius ambitus, alius generis ac Lachmannus constitueret. verum enim vero ubicunque Koechlyus a

Lachmanno et Hauptio recessit, ibi et suis ipsius opinionibus et Lachmanni qui omnia, quae sibi aliquando obici posse, cum scriberet, suspicabatur, inplicite suo more modoque sine ira et studio veri potentiae confisus refutavit caussis facillime potest refelli. vellemus igitur nihil novi illum addidisse, sed in explicandis Lachmanni sententiis quievisse et, id quod Lachmannus et Hauptius iniuria neglexerunt, carmina de ira Achillis ad Lachmanni et Hauptii sententias unice rectas in integrum restituta edidisse. quod si ille per multum tempus patriae exul nunc quod nos vehementi laetitia adfecit in patriae Germaniae universitatis professuram reversus fecisset neque nimia novarum rerum cupiditate longius processisset, plura certe ei deberemus. sed id non fecit, quin etiam praeter illas de Iliadis carminibus septem dissertationes Iliadem parvam (male ita abusus est Leschis epopoeiae cyclicae titulo) i. e. Iliadis carmina XVI. ad ipsius opiniones libidinesque constructa non restituta scholarum in usum edidit. sed cum ille nimis late evagetur et a Lachmanni et Hauptii sententiis rectis et optime fultis ex maxima parte recedat et falsa multa adferat, quorum unum, quod ex multis adferimus, in eo est, quod libri Γ eam partem, quam ὁρκίων nomine insignitam Lachmannus caussis haud inprobandis et eiecit et propter Δ libri initium ὁρκίων σύγχυσιν continens invectam censet, retinet et arcte cum libro Δ conectit nulla habita ratione discrepantiarum, quas a Lachmanno detectas obtegit speciem sibi adrogans quasi eas non adesse demonstraverit, editio quam curavit non satis placuit neque probata est doctis philologis multaque, quae in ea false ille iudicavit, hic illic detecta et refutata sunt, ut exempli gratia Maximilianus Schmidtius in museo Rhenano adlatis omnibus locis, in quibus versus ille: *οἳ δ᾽ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ ἀλλήλοισιν ἰόντες* adhibetur idque sola certa quadam condicione, docuit non potuisse ab Homerico poëta poni eo quo Koechlyus posuisset loco versum Γ 15, quem Lachmannus (pag. 14) recte eicit quippe male intrusum a concinnatore, qui, quod voluisset inter Graecorum navium catalogum et carmen tertium interponere ineptum illum Troianorum catalogum non ab Homerico poëta sed a rhapsodo aut a concinnatore profectum, necesse duxisset catalogi Troianorum exitum versu quodam aliis locis ab ipso lecto indeque adrepto cum carmine tertio conecti. ea igitur editio Koechlyi ne discipulis tradatur, omnibus

directoribus valde cavendum est. verum in eo Hauptio et Koechlyo adsentimus, quod quae criticorum peritia et doctrina perfecta sunt ea scilicet, quae vernacule dicimus die resultate der wiszenschaft, discipulis superiorum ordinum demonstranda censent neque cum Faesio inpediendum, ne ita eis praebeatur scientia, ut quae ingeniose inventa et ex omnibus partibus probanda sunt ea ipsi doceantur. neque tamen ita docendi ea pueri sunt, ut omnia argumenta ipsis proferantur ipsique in tractandis Graecis et Latinis litteris critica arte uti in eum gradum cogantur, ad quem ut philologum perducant academiae studia proprie destinata sunt. itaque nosmet ipsi, si Dei gratia viri docti bibliopolae nos conmendantis adcesserit auxilium, edemus carmina de ira Achillis ad Lachmanni et Hauptii sententias in integrum restituta, ut qui Lachmannum et Hauptium pro sententiarum auctoribus secuntur ei eorum sententias ob oculos habeant, sicut qui Kirchhoffii de Odyssea sententiis ex aliqua parte infirmis falsisque adcedunt eis quovis tempore Kirchhoffii Odysseae Homericae uti licet editione. eius autem editionis a nobis iam uno volumine Bekkeri textu pro fundamento posito perfectae quasi prolusio et praefatio haec erit conmentatio, in qua, praecipue ut quae Koechlyus et in dissertationibus et in editione adversum Lachmannum protulit evertamus et refellamus eoque modo nova carminum de ira Achillis editione opus veris Lachmannianis esse doceamus, de carminum de ira Achillis origine et forma antiquissima agemus neque tamen, quanquam Koechlyum potissimum respiciemus, prorsus praetermittemus reliquos, qui alias ac nos easque falsas et infirmas secuntur sententias. iam vero ad singula pergamus. ac primum quidem carminum de ira Achillis a Pisistrateis illis in unum Iliadis volumen conprensorum conplectitur praeter paucas posteriorum aetatum interpolationes A 1—347. qua in parte primi libri, si ex suo cum reliquis partibus conexu emovetur et per se inspicitur, omnia satis et optime cohaerent neque sunt quae obfendant et insunt duae conparationes non exactae, quae tertium conparationis brevi indicant, eaeque optime concinunt cum omni carminis primi charactere et ingenio. de quo ipso carmine eiusque charactere quid iudicandum sit, optime Lachmannus indicat hisce verbis: bis zur auslieferung der Brieseis A 347 liest man ohne sonderlichen anstosz:

ὣς φάτο· Πάτροκλος δὲ φίλῳ ἐπεπείθεθ' ἑταίρῳ
ἐκ δ' ἄγαγεν κλισίης Βρισηΐδα καλλιπάρηον
δῶκε δ' ἄγειν· τὼ δ'αὖτις ἴτην παρὰ νῆας Ἀχαιῶν

alles in der erzählung ist kunstreich gegliedert, aber auch vollendet in kürzerer darstellung der erfolge von vs. 305 an: Πηλεΐδης μὲν ἐπὶ κλισίας — Ἀτρεΐδης δ'ἄρα νῆα θοὴν — λαοὺς δ' Ἀτρεΐδης ἀπολυμαίνεσθαι ἄνωγεν — ἀλλ' ὅ γε Ταλθύβιον — τὼ δ'ἀεκόντε βάτην — ὣς φάτο, Πάτροκλος δέ. neque alia de hac A parte utitur sententia philologus quidam nostra laude superior, quem aliquando ita locutum esse meminimus: in diesem teile des ersten buches bewegt sich dasz meiste in reden bisz 304, dann folgt rascher abschlusz; hier ist alles klar und schön, man könnte dasz buch schlieszen, vielleicht schlieszt ein lied, wir verlangen keine fortsetzung. aliquid proprii in eo esse, quod ad versum 305 paene omnia in heroum obcurrentium orationibus versantur, quis est qui neget? deinde artem poëticam in hoc carmine nemo desiderabit neque omnia recte concinere et cohaerere infitias ibit neque cuiquam carmen male conclusum videbitur. sic igitur carmen primum est restitutum. sed ex toto versuum conplexu auctore Hauptio eiciendi sunt pro minoribns additamentis quorum rationem in disquisitione sua Lachmannus habere noluit, hice tres versus: 177, qui ab Hauptio, monito ab Aristonico recte et hic docente: ὀβελὸς σὺν ἀστερίσκῳ, ὅτι ἐνταῦθα οὐκ ὀρθῶς κεῖται, ἐν δὲ τῇ Διομήδους ἀριστείᾳ et ad *E* 891 adnotante ex Aristarcheis doctrinis haece: ὁ ἀστερίσκος, ὅτι ἐντεῦθεν μετενήνεκται ἐν τῇ πρώτῃ ῥαψῳδίᾳ ἐπὶ τὸν πρὸς Ἀχιλλέα ὑπὸ Ἀγαμέμνονος λόγον, eiectus est (cfr. mus. Rhen. an. 1846), quod in A prorsus ineptus sit, cum Achilles a bello se ianiam destiturum domumque rediturum antea minitatus sit, quodque ex E, cuius rhapsodiae post vs. 890 aptissimus sit, cum Mars, quem ibi Iupiter eo versu quasi salutat, modo e bello reversus sit gravi volnere a Minerva adfectus, sit adreptus, cum qui in E praecedat versus similis is sit versu A 176, post quem A 177 interpolatus sit, ut nobis quidem hic eadem evenisse videantur, quae in diss. inaug. pag. 63 descripsimus. is enim versus subditicius primum videtur ab interprete aut editore antealexandrino ad marginem adscriptus esse, ut conmonefierent lectores versum A 176 in E redeuntem in E sequi alium in A non obvium, deinde ab alio editionis apud Alexandrinos volgatae auctore in textum receptus

tanquam aptus. deinde pro versu interpolato emovendus est A 265, qui additus ab homine postalexandrino vel interprete vel editore, fortasse Atticae originis homine, qui summum Atticorum heroum hoc loco silentio praetermissum aegre ferebat, abest a Veneto aliisque libris, eicitur ab Hauptio et Koechlyo, in marginem transcribitur a Bekkero, uncinis includitur a Wolfio, Hermanno, Spitznero, Bothio, Dindorfio, Faesio, pro interpolato adfertur a Wolfio (prol. p. 27), ab Ernestio hac adficitur nota: »abest totus versus a ms.«, non adgnoscitur neque ab Eustathio neque in scholiis et est, id quod saepius adcidit testante Lehrsio, qui, ut demonstret quod dicit: sunt etiam quae ex ipso Hesiodo in Homerum venerunt, respicit scholion Aristarcheum ad *Ω* 45, adreptus ex scuto Herculis volgo Hesiodo Ascraeo adscripto neque tamen ab operum et dierum auctore profecto, in quo hic versus simillimi heroum catalogi, cuius in prioribus versibus omnium quos hic memoratos legimus mentio fit, extremus est. denique obelo dignus est A 296, qui iam ab Aristarcho, cuius de hoc versu rectam sententiam ita ad *A* 295 Aristonicus conprendit: *κοινὸν τὸ ἐπιτέλλεο καὶ ἐπὶ τὸ μὴ γὰρ ἔμοιγε· περισσὸς οὖν ὁ ἑξῆς, διὸ ἀθετεῖται*, eiectus, a Bekkero in marginem ablegatus, a Koechlyo prorsus proscriptus, a Wolfio, Hermanno, Faesio, Dindorfio cancellis circumscriptus, ab Hauptio pro interpolatoris alicuius additamento habitus recte est, quod est ineptus et ex centonibus Homericis conglutinatus neque continet nisi quod per se ex tota Achillis oratione interlegitur. his vero versibus abiectis rectis stat talis primum de ira Achillis carmen, in quo quae narrantur ea non indigna sunt carmine epico neque poëta epico, quorum est parvam aliquam eamque satis concinentem fabularum partem tractandam sumere et auditoribus relinquere, ut ex fabulis ipsis cognitis interlegant, quae canenda sumpta sunt. iam vero superest, ut morem, quem secutus Muellenhoffius in libello, qui inscribitur: zur geschichte der Nibelunge nôt, primorum decem carminum, quae ex Nibelungiade recte restituit Lachmannus, propriam indolem detexit atque proprietates sermonis et metricae conpositionis aperuit, secuti quae nobis in hoc de ira Achillis carmine primo notatu digna obcurrerunt conligamus eaque ratione Lachmanni de hoc Iliadis parte sententiam adfirmemus. ac primum quidem carminis introitus prorsus aptus carmini est neque cum quibusdam habendus

pro posteriore additamento eorum, qui Iliadis unitatem Pisistrati iussu instituerunt. nihil ex introitu eximendum, nihil delendum est, cum Bekkero vero in quinto versu post πᾶσι vocabulum puncto interpungendum est et altera introductionis pars pro primae quasi explicatione et apologia habenda (Bekk. fol. Hom. p. 164). deinde characterem aliquem a reliquis carminibus diversum instituere cupientibus memoratu dignae visae nobis sunt concisae illae et quasi contractae duae parabolae versuum 47 (A 47) et 104 (A 104). nam retinendum in carmine contra Bekkerum censemus versum A 47, quem ab interpolatore ita institutum ut est institutus non est credibile, cum contineat parabolam, quae cum omni carminis ingenio concinit et est eius modi, cuius modi parabolam semel tantum ibique inepte ab interpolatore quodam intrusam meminimus in Λ, cuius libri versus 72—83 interpolatoris esse cum Lachmanno in diss. inaug. pag. 6 evicimus. tum nullo alio in carmine ab interpolatoribus character carminis ita est observatus, ut sit observatus in hoc versu, si quidem ab interpolatore ortus sit. versus igitur carminis est, non interpolatoris manu inlatus, quanquam iam Zenodoto fuit de vss. 46—47 tanquam interpolatis suspicio. recte de hac Bekkeri athetesi philologum quendam nostra laude maiorem meminimus aliquando ita locutum esse: für die athetese könnte sprechen die nicht ganz gefügige verbindung von χωομένοιο und κινηθέντος: aber der schein triegt, esz ist nichts anstöszig und esz wird von Bekker ein wunderschönes gleichnis getilligt, der zusatz ist auch nicht kleinlich, da die hom. poësie lust hat an darstellung des sinnlichen. der gott steht seinen pfeilen entgegen. porro carmen primum ab auctore suo cantatum esse apud eos, qui fabularum Troicarum et antetroicarum, heroicarum et divinarum habebant universam cognitionem, inde perspicue elucet, quod hic illic auctor ad tales fabulas antiquas adludit easque tanquam cognitas respicit. primum enim cum Agamemnonem, quo loco primo eum conmemorat, vocet Atridam, constat eum scivisse fabulas ad Atridas pertinentes auditoribus suis cognitas fuisse atque cantavisse non sua et propria sed tanquam ab eis apud quos canebat adcepta. recte de hac condicione in scholis Hauptius iudicavit semperque eius condicionis auditores suos admonuit quippe in qua positum sit unde de carminum origine iudicari posset. neque vero aliter apud Germanos res se habent. namque apud eos eadem

mensura qua apud Graecos fabulae heroicae cognitae fuerunt neque quidquam poëtis superfuit nisi ut fabulas et narratas et creditas versibus includerent et meliore eaque ad tenendum aptiore forma quae adceperant redderent. in ea igitur re Graeci et Germani similes sunt, sed tamen invenimus epicam eorum populorum poësin spectantes unum idque satis grave discrimen inter carmina epica apud Germanos cantata et apud Graecos cantata. etenim cum apud Graecos unus tantum aoedus in cenis et conviviis qui aderant delectaret, antiquissima aetate apud Germanos omnes qui aderant una cecinerunt neque fides eis habenda est, qui antiquissimis aetatibus apud Germanos bardos in cenis et conviviis cecinisse arbitrantur carmina epica, quorum unum superest ea antiquissimae aetatis dialecto, quam vocamus den althochdeutschen, conpositum, carmen nimirum de Hildibrando et Hadubrando, alterum in linguam Latinam versum neque tamen antiquam vim non profitens, quo narrata est Waltharii Aquitanensis pugna cum Burgundione Gunthario eiusque heroibus in Vogesorum angustiis facta, tertium denique anglicum saxonicum, quod inscribitur Beowulf. bardi enim illi, quos etiam credit Holtzmannus Heidelbergensis, de quo, ne nobis hoc loco repetendum iudicium sit, quod typis expressum legitur, legentes ablegamus ad Muellenhoffii parvum quidem sed veris philologis multis millibus paginarum aut Holtzmannianarum aut Zarnckianarum multo adceptiorem librum, qui inscribitur: zur geschichte der Nibelunge nôt, bardi igitur illi, ut recte Vilmarius a Lachmanno in adnotationibus ad Hartmanni ab Aue Iweinium conscriptis honorifice conmemoratus et Wackernagelius in hist. litt. Germ. contendunt, celticae sunt non germanicae nationis. deinde Chrysis eiusque filiae Chryseidis, cuius ne nomen quidem auctor nominare opus duxit, et Briseidis i. e. Brisis seu Brisei filiae nomine non vocatae auctor mentionem fecit tanquam personarum notarum, quanquam nihil de eis nobis notum est nisi quod auctor dicit. non igitur novum et fictum canitur, sed cognitum et adceptum redditur. porro versibus carminis 13 sqq. (A 13 sqq.) auctor tanquam omnibus notum Chryseidis raptum respicit. ita se gerere non licuisset auctori poëmatis multorum milium versuum, optime licet auctori brevis conplexus carminis, cuius fundamentum praebet fabula omnibus nota. porro aliquid miri et unde versari nos in brevis conplexus carmine

et in carmine, quod auditoribus ex fabula fuit interlegendum, aperte patet, in eo est, quod vss. 18 sq. (A 18 sq.) Chryses Atridis et Achivis optat, ut Ilium perdant salvique domum redeant, cum tamen in antecedentibus nihil sit, unde concludas versari Achivos extra Graeciam in agro Troiano ibique versantes id agere, ut Ilium disiciant. num ita se gerere poëtae licuisset, qui hanc partem volebat locum habere in primo initio primaque fronte ingentis multorum milium versuum poëmatis? nequaquam, nisi forte auctor iam in primo initio dormitavit et vehementer stertuit. an vero Goethius in poëmate illo epico, quod inscribit Hermann und Dorothea, tam ineptum se gessit, an Voltairius in Henrico quarto, an Torquato Tasso in Hierosolymis liberatis, an Hartmannus ab Aue in Iweinio, Ereco, Gregorio, an Wolframus ab Eschenbach in Parcivalo et Titurelo, an Godofredus Straszburgensis in Tristane et Isolda, an Statius in Thebaide et Achilleide, an Vergilius in Aeneide, quod poëma epicum optime edidit Guilelmus Gossravius, homo rerum Latinarum peritissimus et nunc in edenda optima grammatica Latina obcupatus, an Apollonius Rhodius in Argonauticis? malis igitur opinionibus involuti sunt, qui cum Nitzschio eiusque adsectatoribus hanc de qua nobis sermo est Iliadis partem a suo poëta opinantur conpositam, ut in initio poneretur magni multorum milium versuum poëmatis, et Iliadis suae auctorem ineptientem faciunt. nobis cum Lachmanno sentientibus et hanc partem pro carmine singulari habendam iudicantibus nihil remanet, quod disficile sit, immo ex vss. 18 sq. documentum elucet nostrae de Iliade sententiae. porro versu 36 (A 36) breviter adluditur ad fabulam theogonicam de Apollinis origine neque est, quod aliud ex ea adlusione concludas nisi quod ex omnibus similibus adlusionibus concludendum esse supra demonstravimus, versari scilicet nos in carmine epico cantato apud eos, qui optimam fabularum habebant cognitionem, neque in eum finem conposito, ut in ingentis poëmatis introitu poneretur. quae quidem sententia eodem modo firmatur et vss. 37 sq. (A 37 sq.) quibus principum Apollinei cultus locorum mentio fit, cum tamen non sit indicatum, qui factum sit, ut ibi potissimum coleretur, cur eis potissimum locis sederet, et vs. 39 (A 39), quo fabula de muribus aliquando ab Apolline tutandae regionis cuiusdam caussa interfectis epitheto, quod est *Σμινθεύς*, tangitur, cum tamen nusquam eluceat,

ubi, quando, qui Apollo mures interfecerit, et versibus 139 (A 139) et 148 (A 148), in quibus nullo addito epitheto Aiax quidam memoratur, qui uter sit unde conligamus non habemus neque scimus, utrum carminis auctor, qui tam nude de Aiace loquitur, unum tantum cognoverit Aiacem an duos, Salaminium et Locrum, quos in reliquorum carminum aliquot memoratos et disiunctos invenimus, et vss. 158 sqq. (A 158 sqq.), quibus paucissimis adtingitur fabula de totius belli Troiani origine et caussis, de quibus ita loqui auctori carminis brevis conplexus licuit, non licuisset auctori ingentis multorum milium versuum poëmatis, et vss. 163 sqq. (A 163 sqq.) quibus paucis conprenduntur priora Graecorum facinora in disiciendis urbibus circa Ilium positis versata et praedarum ibi factarum iniusta distributio, et vss. 259 sqq. (A 260 sq.), quibus Nestor se aliquando congressum esse cum priorum aetatum heroibus, cum eis pugnasse, eis consilia adcepta subposuisse dicit, respiciens eo modo fabulas antetroicas, quas cognitas auditoribus esse recte auctor posuit, et vs. 307 (A 307), quo, quanquam antea non obvius Patroclus patronymice vocatur, quam in rem primus Hauptius doctorum oculos convertit. his igitur documentis satis constare videtur eam quam tractamus Iliadis partem non esse primam ingentis multorum milium versuum poëmatis, sed esse per se constantem cantatam apud auditores, qui omnium fabularum antiquissimarum habebant cognitionem. versamur in singulo de ira Achillis carmine, in quo tres obcurrunt loci, in quibus dei inferuntur sibi sumentes rerum gerendarum partes. primum enim in vss. 43 sqq. (A 43 sqq.) Apollo arcu, pharetra, sagittis instructus de Olympo degreditur, Achivorum castris adpropinquat, pestilentiam primum inter bestias tum inter homines movet missis in exercitum sagittis. deinde in vss. 55 sqq. (A 55 sqq.) Iuno Achillem conmovet, ut concionem de pestilentia convocet. denique in vss. 193 sqq. (A 194 sq.) Iuno et Minerva Achillem prohibent, ne gladio Agamemnonem volneret. est igitur unus eiusmodi locus inter versus centenos denos quinos carmenque eorum locorum paucitate excellit. porro exstant in carmine aliquot *ἅπαξ εἰρημένα.* legimus enim in vs. 99 (A 99) *ἀνάποινον*, in vs. 104 (A 104) *λαμπετόωντο*, in vs. 113 (A 113) *προβέβουλα*, in vs. 119 (A 119) *ἀγέραστος*, in vs. 126 (A 126) *παλίλλογα*, in vs. 128 (A 128) *τριπλῇ*, *τετραπλῇ*, in vs. 166 (A 166) *δασμός*, in vs. 204 (A 205)

ὑπερδπλίῃσι, in vs. 224 (A 225) ϝοινοβαρές, in vs. 230 (A 231) δημοβόρος, in vs. 234 (A 235) τομή, in vs. 260 (A 261) ἀθέριζον, in vs. 290 (A 292) ὑποβλήδην, quod vocabulum recte in dissertatione de ὑποβολῇ et ὑποβλήδην interpretatus Hermannus est. iam vero superest, ut versus ante Lachmannum a criticis abiectos paucis recenseamus. ac primum quidem Zenodotus eumque secuti Duentzerus et Koechlyus versus 3—4 (A 3—4) eiecerunt. de qua athetesi postea paucis agemus. deinde Aristarchus abicit vss. 29-31 (A 29-31). cuius atheteseos Aristarcheae haece Aristonicus argumenta refert: ἀθετοῦνται, ὅτι ἀναλύουσι τὴν ἐπίτασιν τοῦ νοῦ καὶ τὴν ἀπειλήν· ἡσμένισε γὰρ καὶ ὁ Χρύσης ὑπηρετούσης (ita enim cum Lehrsio viro eximio et de rebus Homericis optime merito legendum est pro inepto illo εἰπούσης, quod est in Veneto) αὐτῆς τῷ βασιλεῖ. ἀπρεπὲς δὲ καὶ τὸ τὸν Ἀγαμέμνονα τοιαῦτα λέγειν. quae athetesis nequaquam probari potest. neque enim versibus illis inest, quo destruatur Agamemnonis oratio aut minus irata reddatur, neque continetur, quod Agamemnone summo Graecorum duce sit indignum, contra deficientibus versibus manca est et paene inepta oratio. sed excusandus est Aristarchus. iudicavit enim ex suae aetatis consuetudine, more, sententia, indole, quae quam diversa ab Homericae aetatis consuetudine, more, sententia, indole fuerit, cum Lehrsio satis demonstrasse nobis videmur in diss. inaug. pag. 68, neque percepit Homericam illam non satis laudandam simplicitatem. recte nemo Aristarchum secutus est. porro Zenodotus obelo dignos censuit vs. 46 sq. (A 46 sq.). cuius atheteseos argumenta non patent, cum Aristarchus Zenodotomastix ea non refutaverit, sed in eo conquieverit, ut discipulos doceret: ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος ἀμφοτέρους ἠθέτηκεν· οὐ καλῶς. videtur autem, ut recte philologum quendam nostra laude superiorem meminimus aliquando dixisse, Zenodotus athetesin pronuntiasse propter vs. 49. sed est duorum illorum versuum condicio et ut ita dicamus relatio diversa. neque vero rectius quam Zenodotus vss. 46—47 Bekkerus vs. 47 deleri iubet. de qua Bekkeriana athetesi quid iudicandum esset, supra satis indicavimus. porro Koechlyus emovet in editione sua certe solius strophicae rationis caussa vs. 38, quem a primo initio in carmine fuisse inde evidentissime elucet, quod primus carminis primi continuator ineptissimus neque dignus, cuius centonem per tot saecula viri doctissimi nulla sub-

specta neque animadversa fraude legerint, eum versum cum antecedente ex carmine repetivit. neque aliter Koechlyus in sua de Iliadis carminibus dissertatione tertia de mutua inter A 37 sq. et A 451 sq. necessitate iudicavit, sed postea quo tempore instruebat suam editionem, ut pericopam quinque versuum efficeret, pristinam rectam sententiam novae eiusque prorsus falsae caussa deposuit. neque maiore iure Koechlyus alios ex hoc carmine abiectos volt versus, de quibus abiciendis in dissertatione nihil ne subspicatus quidem est, nedum caussam aut caussas adtulerit. eae Koechlyi atheteses non amplius curandae sunt praeterquam quod eum abicere notamus vss. 71, 81—83, 117, 139, 175, 178, 256, quos omnes cum Hauptio censemus retinendos. porro Zenodotus, ut in scholiis BL ad vs. A 80 his verbis narratur: *Ζηνόδοτος ἀθετεῖ τὸν στίχον· κακῶς,* eiecit vs. 80 fortasse cum 81—83. cuius atheteseos ab illius scholii auctore non probatae nulla praesto sunt argumenta. versus enim nihil praebent, quo obfendi lector queat huius poëseos lectioni adsuetus, immo eiectis versibus illis 80—83 desideratur aliquid neque epicus poëta ex Calchantis oratione cognoscitur. sed aliquid miri in eo est, quod Zenodotus, quanquam versum eiectum volt, tamen in lectione aliquid mutat pro *κρείσσων* scribens *κρείσσω,* quam mutationem ab illo in hoc versu factam esse, testatur cum adnotatio in scholiis BL ad A 80 adscripta: *Ζηνοδότος δὲ κρείσσω γράφει* tum Aristonici ex Aristarcheis scholis in A servata adnotatio a Bekkero ita restituta: *ὅτι Ζηνόδοτος χωρὶς τοῦ ν γράφει· τὰ δὲ τοιαῦτα συγκριτικὰ ἔχει ἐπὶ τῆς εὐθείας τὸ ν.* cuius extremi scholii propter exitum censemus in illo BL scholio non minus quam in A scholio servatam esse aut Aristarchi aut Aristarchei alicuius sententiam; *κακῶς* enim illud videtur utrumque scholii codicum BL membrum spectare, nimirum et lectionis mutationem et athetesin. porro Aristarchus iniuria abicit versum 96 (A 96) hac data caussa: *ἀθετεῖται, ὅτι περισσός· πρόκειται γὰρ τὸ ἀλλ' ἕνεκ' ἀρητῆρος, ὃν ἠτίμησ' Ἀγαμέμνων.* nanque quod homini, qualis Aristarchus erat, supervacuum visum est, non necessario supervacaneum visum id est auctori carminis, cum politioris aevi hominibus multa non necessaria videantur, quae auctoribus eorum carminum et auditoribus si abfuissent desiderata sint. porro Zenodotus abicit vs. 117 (A 117), ut constat ex Aristonici ad eum versum adnotatione Aristarchea.

Aristarchus enim diple ad versum adpicta discipulos suos et Zenodotum versum delevisse et versum retinendum esse docere voluit suamque de eo sententiam ita proposuit: ὅτι Ζηνόδοτος αὐτὸν ἠθέτηκεν· ὡς τῆς διανοίας εὐήθους οὔσης· οὐ δεῖ δὲ αὐτὸν ἰδίᾳ προφέρεσθαι, ἀλλὰ συνάπτειν τοῖς ἄνω, ἐν ἤθει γὰρ λέγεται, ad quod Aristonici scholion Friedlaenderus adscribit: sensum esse dicit Langius (gött. gel. anz. 1851, p. 940): hunc versum tum demum recte interlegi, si non separatim, sed coniuncte cum praecedentibus pronuntietur et interlegatur. quod, si recte interpretatus sum, non ita longe distat ab eo, quod proposui in proll. ad Nican. pag. 112: Aristarchum cavere voluisse, ne ante hunc versum maius intervallum a pronuntiantibus fieret. recte Friedlaenderus. neque minus recte ad hunc locum philologus quidam nostra laude superior aliquando hanc protulit sententiam: Zenodot wollte den vers verwerfen, er ist entbehrlich für uns, aber nicht alles für uns entbehrliche ist verwerflich, er stimmt mit dem charakter des liedes, wie Aristarch richtig sagt: ἐν ἤθει γὰρ λέγεται. tum Aristarchus simplicitatis Homericae non minus quam Zenodotus incuriosus abiecit versus 133 sq. (A 133 sq.) hoc addito ad obelum argumento: ἀθετοῦνται, ὅτι εὐτελεῖς τῇ συνθέσει καὶ τῇ διανοίᾳ καὶ μὴ ἁρμόζοντες Ἀγαμέμνονι. cui recte adversatus est vir ille nostra laude superior hisce in medium prolatis: die athetese ist unberechtigt, ist ausz einem falschen misfallen hervorgegangen, denn die verse ziemen dem Agamemnon vollständig, sind in der weise des alten volksmäszigen epos, Aristarch war berückt durch den geschmack seiner verfeinerten zeit, endlich sind die verse auch nicht schlecht construirt; ἐθέλεις ist zunächst mit ὄφρα verbunden, dann geht die construction in den acc. c. inf. über. porro Aristarchus spurium iudicavit vs. 139 (A 139) eiusque suae sententiae haec intulit argumenta: ἀθετεῖται, ὅτι πλήρης ὁ λόγος ἀλλαγῆς γενομένης τοῦ ῥήματος· ἕ λ ω μ α ι ἀντὶ τοῦ ἑ λ ο ί μ η ν καὶ εὔηθες τὸ προςκείμενον· ὃ δὲ κεν κεχολώσεται· πῶς γὰρ οὐκ ἔμελλε χολοῦσθαι, qua in adnotatione quae Aristonicus habet, eis similia dicit ad A 137 hisce verbis: ὅτι τὸ ῥῆμα ἤλλακται ἕ λ ω μ α ι ἀντὶ τοῦ ἑ λ ο ί μ η ν· οὕτως δὲ γίνεται περισσὸς ὁ ἄξω ἑ λ ώ ν. at illa argumenta non sunt idonea, quorum caussa in Aristarchi sententiam subcedamus. nihil hic est supervacuum, nihil ineptum. scholio autem illi ex Aristonici περὶ σημείων libro in A translato

Friedlaenderus adscribit: Ar. 360 eaque adnotatione lectores reicit ad Lehrsii de stud. Ar. Hom. libri pag. 360 (343.), in qua ipse ille Lehrsius, alias nimius Aristarchi sententiarum fautor, de versibus *διὰ τὸ περισσὸν* eiectis agit in eisque Aristarchum saepe opinioni indulsisse concedit. quod vero Friedlaenderus hic ad eam Lehrsii sententiam lectores removet, videtur versus 139 ibi memorati athetesin Aristarcheam inprobare versumque dignum iudicare qui retineatur. neque alia utitur sententia philologus ille, quem iam supra saepius laudavimus nostra laude maiorem. qui quidem recte versum a Bekkero male abiectum retinet, quod nihil insit, quod qui rectis oculis inspiciat vituperet, neque quidquam addit nisi neque Aristarchi argumenta eiusmodi esse, ut versum abicere cogant, et eum aptissimum esse, cum Agamemnonis depingat superbiam et adrogantiam. porro male Zenodotus abicit vs. 143 (A 143). refutatus ab Aristarcho est hisce verbis: *ἡ διπλῆ, ὅτι Ζηνόδοτος αὐτὸν ἠθέτηκεν· ἀναγκαῖος δὲ περὶ τῆς Χρυσηΐδος λόγος· ταύτης γὰρ ἕνεκα ἐγένετο ὁ λοιμός.* nullam adparere probabilem eius Zenodoteae ex malo sensu haustae atheteseos caussam facillime interleget quicunque totum Agamemnoniae orationis conexum secum volutaverit. versus igitur retinendus est. neque aliter iudicandum est de Zenodotea athetesi versus 160 (A 160), ad quem ex commentariis Aristarcheis non remissa Aristarchi de versu antecedenti, cuius ad vs. 160 athetesin magnum est momentum, adnotatione Aristonicus adscripsit haece: *ὅτι Ζηνόδοτος γράφει τιμὴν ἀρνύμενος καὶ τὸν ἑξῆς ἠθέτηκεν· ἠγνόηκε δὲ, ὅτι ἡ τιμὴ νῦν ἀντὶ τῆς τιμωρίας κεῖται καὶ τὸ ἀρνύμενος οὐκ ἔστι λαμβάνων, ἀλλ' ἀντὶ τοῦ εἰςπραττόμενος παρὰ Τρώων*, ad quod scholion rectissime adnotat Friedlaenderus: debebat potius *ἀλλὰ τὸ ἀρνύμενοι ἀντὶ τοῦ εἰςπραττόμενοι παρὰ Τρώων.* de *τιμῇ* id. obs. *P* 92; cfr. Ar. 155, 365 (quarum paginarum in prima Lehrsius *τιμῆς* et *τιμωρίας* vocabulo nude interpretatur, in altera de Zenodoto vocabulorum Homericorum parum gnaro et propterea quaedam pro talibus, quae omnino sensu careant, et ridiculis habente agit). nulla adparet Zenodoteae atheteseos caussa, contra ea versus ille prorsus necessarius est; nam eo omisso non dictum est, unde velint illi *τιμὴν ἄρνυσθαι*, neque non desideratur convicium adversus Agamemnonem hoc loco necessario Achilli proferendum. versus igitur

retinendus est. porro Aristarchus obelo dignum censuit vs. 191 (A 192). de quo haec narrat Aristonicus: ὅτι ἐκλύεται τὰ τῆς ὀργῆς, διὸ ἀθετεῖται. recte adversatus ei est philologus ille saepe supra laudatus hisce verbis usus: Aristarchs meinung, die er über διάνδιχα auszspricht: ὅτι δύο ἐμερίμνησεν οὐκ ἐναντία ἀλλήλοις, ὅπερ ἐκλαβών τις προσέθηκεν ἦε χόλον παύσειεν, ist unnatürlich, ästhetisches bedenken, dasz nicht zu billigen, hat ihn zur athetese von 192 und damit zur falschen erklärung von διάνδιχα veranlaszt, vs. 192 schwächt keineswegs, ist vielmehr völlig im stile des alten volksepos. porro vss. 194 sq. (A 195 sq.) 207 sq. (A 208 sq.) Aristarchus eo loco, quo primum leguntur, Zenodotus eo, quo iterum, abicit. uterque male, quanquam, si omnino aliquo loco delendi sunt, in eo recte Aristarchus iudicat, quod eos primo delendos censet. habemus autem apud Aristonicum ad vss. A 195 sq. haece: ὀβελὸς σὺν ἀστερίσκῳ, ὅτι οὐκ ὀρθῶς ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου λέγονται et ad vss. A 208 sq. haece: ὅτι ἀμφοτέρους Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν· οἰκείως δὲ μᾶλλον κεῖνται ἐς προτροπὴν τοῦ Ἀχιλλέως. sed sunt versus utroque loco retinendi. aptissimum enim est dici a poëta eos versus repetique a Minerva de caelo lapsa, cum eis contineatur caussa, cur Iuno Minervam miserit, in eo posita, quod noluerit alterum utrum heroum inter se rixantium hoc loco perdi. haec vero, in quibus summum est momentum, bis dici quis vituperet? denique Zenodotus abicit suo arbitrio suoque sensu magis quam recta et probabili caussa fretus vss. 224-233 (A 225-234). quam athetesin nuntiavit neque dignam, quam refutaret, censuit Aristarchus, qui in scholis suis diplen ad eos versus adpictam non aliter inlustrabat nisi his verbis: ὅτι Ζηνόδοτος τοῦτον τὸν τόπον ἠθέτηκεν ἕως τοῦ ναὶ μὰ τόδε σκῆπτρον. non potest alia eius atheteseos caussa inveniri, nisi quae in simplicitate Homerica a Zenodoto minus percepta posita est. quae vero nos, quibus per Wolfium et Vossium aliquid sensus eius simplicitatis communicatus est, ad pronuntiandam athetesin non potest movere. praeterea omissis eis versibus desideratur, unde Achillem discamus recte adhibuisse quae ei a Minerva concessa erant. haec igitur habuimus, quae de primo diceremus carmine, quod exceptis vss. 177, 265, 296 continet A 1-348. sed in nostris Iliadis editionibus adnexa sunt quaedam huic carmini eaque neque satis cum ipso carmine concinunt nec recte inter se

cohaerent eas igitur partes recte Lachmannus interlexit duas esse carminis continuationes easque a posterioribus concinnatoribus esse cum primo carmine conexas sed ordine ita turbato, ut earum secunda in duas partes discisa sit et inter utramque partem prima interiecta. ac prima quidem continuatio cum Lachmanno solo suo cum secunda conexu dubitationem movisset, ipse altera ex primi libri conplexu sublata et prima arcte cum ipso carmine conexa nihil miri neque quod sit vituperandum in conplexu remanere censuit eamque primam continuationem aut ab eodem poëta, a quo primum carmen ortum esset, uno tenore cum ipso carmine cantatam esse aut ab alio poëta, qui primi carminis auctoris ingenium et sententiam prorsus concepisset, maxima arte additam. sed in hac re aliqua parte erravit Lachmannus seque quanquam minima mensura participem esse docuit conmunis humanae sortis. nequaquam enim de origine nulla remanet dubitatio idque ab Hauptio doctus Lachmannus adgnovit. nam Hauptius in suis ad Lachmanni considerationes additamentis, quae non Hauptius sed ipse Lachmannus, cum ex actis academiae considerationes suas excudendas curaret, ipsis considerationibus suis adiunxit ea ratione se eis, quae Hauptius addiderit, adsentiri probans, eam continuationem nullo modo primario poëta dignam habendam esse demonstrat ex eo, quod, cuius rei caussa instituta sit ea pars, ea res non satis explicetur, cum Apollinis reconciliatio solis duobus versibus brevissime indicetur hoc modo: *τοῦ δὲ κλύε Φοῖβος Ἀπόλλων* et *ὃ δὲ φρένα τέρπετ' ἀκούων*, sacra vero et cena multis verbis describantur. qua in re aliquid inesse, quod inconcinnitatem aperte docet quodque speciem interpolationis prae se fert, nemo negabit. at vero hoc loco recte cogitari de interpolatione analogia, quam adfert Hauptius, docet. sicut enim in hoc loco, quod summum est et praecipuum, obiter tantum tangitur, res vero ut ita dicamus adcessoriae multis verbis ornantur, ita interdum in carminum Germanicorum, quae sunt de Nibelungis, interpolationibus obcurrunt exempla, quibus analogia praebetur eius rei, quae in eo versatur, ut quod aliqua in re summum est et praecipuum ab interpolatoribus breviter obiterque id tangatur, contra quae aut nullius sunt aut minimi momenti ea inepte addantur multisque verbis subplendae pericopae caussa explicentur. cuius rei ut unum quidem adferamus

exemplum, legentes reicimus ad pericopas 1021—22 in carmen decimum interpolatas, ad quas ita legendas:

Dô ez ir der junge sô güetlîch erbôt,
dô begunde och flêgen Uote und Gêrnôt,
und ir getriwe mâge, si bâtens dâ bestân:
si hete lützel künnes under Sîfrides man.
»Si sind iu alle vrömde,« sô sprach Gêrnôt.
»niemen lebet sô starker, ern müeze ligen tôt.
daz bedenket, libiu swester, unt trœstet iweren muot.
belîbet bî den vriunden: ez wirt iu wærlîchen guot.«

Lachmannus in adnotationibus rectissime adscribit: Gernot hat zuletzt gesprochen, auch Uote und die übrigen nach Geiselher, und doch folgt: si lobete Gîselhêre, ohne dasz von ihm etwas besonderes gesagt wird. in beiden strophen sollte ausgeführt werden, was Kriemhild 1025, 1—3 erzählt und was 1017—20 zur genüge dargestellt wird. die hauptsache hat der nachdichter in die zwei zeilen 1021, 4. 1022, 1. gebracht und daran ist sehr unpassend die betraehtung der sterblichkeit auch der stärksten helden geknüpft. ita igitur se gerunt illi carminum Germanicorum interpolatores, homines eiusdem moris et consuetudinis atque carminum de ira Achillis interpolatores. quos cum hoc loco videamus sacra, festa, cenas pluribus describentes, non alienum ab hoc loco videtur adferre, id quod Hauptius recte paucis indicat, etiam in carminibus Germanicis talibus rebus summo studio describendis et depingendis interpolatores operam dare. cuius rei summum documentum et testimonium in eo versatur, quod inter ea quae Muellenhoffius ex Lachmanni adnotationibus optime conlegit in libello, qui inscribitur zur geschichte der Nibelunge nôt, criteria pro octavo infert illas festorum et vestium descriptiones vanas et supervacuas nec non facile conponendas et interpolatorum aetatis ingenio et indoli prorsus adconmodatas. utitur autem ille his verbis: wolfeile beschreibungen von kleidern und ritterfesten. mancherlei der art haben die bearbeiter von B. und C. noch hinzugefügt, z. b in der fortsetzung des vierten liedes. wer also die hs. A. durch verkrüppelung und entstellung aus C. und B. entstehen lässt, musz zu dem einfalle seine zuflucht nehmen, dasz schon im 13. jahrhundert, wo die höfische poësie ein so groszes gefallen an dingen der art verrät, dergleichen einem

kritiker lästig geworden sei. iam ad Iliadis librum primum redeamus. Hauptium autem ita continuationem primam propter descriptionis inconcinnitatem interpolatori adtribuentem et propterea multos huius continuationis versus in aliis carminum Homericorum locis redire dicentem secutus est Koechlyus auctorem suum laudans et totam continuationem, quam etiam Lachmannus iam, antequam Hauptius alius sententiae auctorem se praebuerat, in considerationum pag. 7. propter introitum, qui idem est ac in continuatione altera atque alius potius quam eiusdem poëtae redolet continuationem et ad similitudinem ipsius alterius continuationis expressus videtur, a primi carminis auctore abiudicandam dubitatione de origine ex parte sublata subspicatus erat, centonem esse ex variis carminum Homericorum partibus locisque conpilatum dixit neque non analysi demonstravit. tres igitur sunt, cum non falsa sit Lachmanni subspicio, non falsa Hauptii sententia, non falsum Koechlyi additamentum, primi libri partes a tribus diversis auctoribus profectae. quam sententiam rectam esse neque inprobandam praeter rationem, qua optima ductrice semper utendum est in rebus criticis, auctoritas iubet Naeckii, viri sagacissimi recteque ab Hauptio in observationibus criticis quod valde dolemus a bibliopolis non parandis laudati, qui, quanquam nullam eum habuisse constat neque Lachmanni considerationum exeunte anno antecedenti in academia regia prolatarum neque epistularum antea ad Lehrsium a Lachmanno datarum cognitionem, eisdem fere quibus Lachmannus argumentis usus in indice lectionum aestivarum Bonnensi mense Martio anni 1838 edito (opusc. I, 263 sqq.) eandem fere quam Lachmannus proposuit sententiam μῆνιν censens, in qua totius libri summa esset, ab initio non ultra A 347 extensam fuisse, A 348 sqq. postea demum additos esse. quae cum ita sint non amplius opus est Lachmanni eiusque subcessorum rectas sententias pluribus fulciri contra longissimas et vanissimas quorundam ut Naegelsbachii argutationes quae per se ineptae suis ipsorum machinis conruunt. discernenda igitur prima continuatio a primo carmine est et propter narrationis inconcinnitatem et propterea quod tota continuatio centonis ex variis carminum partibus conpilati soliusque Iliadis corporis constituendi caussa non a rhapsado sed Pisistrati demum aetate a conglutinatore, qui carmen de Chryseidis redditione aut perditum esse aut nun-

quam factum aegre ferebat, intrusi partique illi inter sextum et septimum carmen a Pisistrateis inlatae haud absimilis speciem praebet. iam vero alteram illam quam ex libro primo secrevit Lachmannus continuationem a primo carmine discrepare non facile quis negabit, si nobiscum eam partem nunc interposita prima continuatione in duas particulas disiectam pertractaverit. primum enim temporum rerumque nulla est continuitas, cum in carmine ipso et Minerva ex Olympo ab Iunone in terram demittatur et sua re peracta in Olympum ad deos reliquos redeat et Apollo haud procul a Graecorum castris versari fingatur; Calchas enim in vaticinio suo dicit (A 95 sq.): *τοὔνεκ' ἄρ' ἄλγε' ἔδωκε ϝεκηβόλος ἠδ' ἔτι δώσει οὐδ' ὅγε πρὶν Δαναοῖσιν ἀϝεικέα λοιγὸν ἀπώσει*, pro quo extremo versu secundum Didymi Chalcenteri ad eum adnotationem ita in Aristarcheis et in Massiliotica et in Rhiani editione scripto Zenodotus legisse videtur:

οὐδ' ὅγε πρὶν λοιμοῖο βαρείας χεῖρας ἀφέξει.

cuius modi verba in hac quidem poësi non possunt dici nisi de persona quae haud multum a loco quodam abest. ita igitur in carmine res se habet, ut omnes dei praeter Apollinem in Olympo versentur, Apollo haud multum a Graecorum castris absit et ex sua statione proxima pestilentiam moveat, in continuatione vero altera dei inde a die, qui praecedit die Achillei cum Thetide matre conloquii, quod, si librum primum eo quo nunc utitur adcipimus conplexu, vespero factum est eius diei, quo rixa regum iniri coepta erat, apud Aethiopas versari neque esse reversuri nisi peractis duodecim diebus dicuntur. secundum igitur continuationem dei rixae die non fuerunt in Olympo, ubi tamen, cum duces rixam inirent, secundum primam libri I partem fuerunt. adest ergo, cum, quae Deo nostro o. m. recte adtribuitur, ubiquitas non sit deorum Graecorum, sed ei secundum eiusdem hominis sententiam non possint nisi eodem tempore uno eodemque in loco versari, discrepantia, quae quid iubeat perspicuum certe erit omnibus qui recta mente utuntur. iubet enim duas illas primi libri partes discretas diversis adscribi auctoribus. deinde in continuationis introitu inest anacephalaeosis, quae iam antiquitatis illi critico de vera Iliadis et Odysseae origine secundum ipsius scripta nihil ne praesagienti quidem Aristarcho, quem Aristonicus narrat versus A 366 sqq. delevisse itaque docuisse:

ὅτι παλιλλογεῖν παρῄτηται, ἀλλότριοι ἄρα οἱ ἐπιφερόμενοι στίχοι εἴκοσιν ἑπτά, obfensioni erat et, ut Lehrsius in Arist. pag. 358 dicit, subspecta atque quanquam alii carmini aut continuationi aptissima nulla ratione conmoda est eidem carmini, in quo quae iam dicta sunt repetere non est poëtae. an vero habes poëtam qui nisi forte per ironiam ita semet ipsum quasi repetiverit? frustra et inter Graecos et inter Romanos et inter Germanos cum huius temporis tum medii et antiquissimi aevi qui talem se gesserit quaeres. tum alia est in carmine alia in continuatione ut deorum sedes ita deorum condicio. praeter reliquos Iuno eximia est. quae in carmine non inpedita Agamemnonem servat, in continuatione, cum Iovi obiciat et conloquium cum Thetide habitum et auxilium ei promissum, gravissimis vituperationibus et conviciis oneratur. non igitur, qui rectis oculis rem inspexerit, dubitabit, quin continuatio altera, etsi eius auctor primi carminis auctoris mentem et sententiam ex parte concepit, alius ac primum carmen sit auctoris et ab initio propria fuerit neque cum primo carmine cohaeserit neque instituta sit, ut cum eo primo carmine conecteretur. continuat illa Iliadis primi libri pars rebus minoribus non curatis ipsius primi carminis fabulam. sed quae est condicio inter continuationem alteram et primam, quae ita sunt conexae, ut prima sit interiecta inter alterius duas partes discisas? ambas continuationes non esse unius auctoris neque a principio ut nunc conexae sunt ita conexas fuisse, sed primam ea potissimum re, quod inter dimidias alterius partes interiecta sit, dubitationem movere et Lachmannus recte monuit et inde perspicue elucet, quod conexis ut sunt ambabus continuationibus temporum ratio non magis quadrat quam in alterius continuationis cum ipso carmine conexu. nanque cum ita legatur in A 493:

ἀλλ' ὅτε δή ῥ' ἐκ τοῖο δυωδεκάτη γένετ' ἠώς,

illud *ἐκ τοῖο*, quod male Bernhardyus dicit minus quam Thetidis *χθιζὸς* illud praebere obfensionis, quo referatur non est, cum et in narratione inter Thetidis cum filio conloquium et Thetidis ad Iovem abitum interiecta noctem ortam esse et diem rediisse hisce verbis audiamus:

ἦμος δ' ἠέλιος κατέδυ καὶ ἐπὶ κνέφας ἦλθεν,
δὴ τότε κοιμήσαντο παρὰ πρυμνήσια νηός·
ἦμος δ' ἠριγένεια φάνη ῥοδοδάκτυλος ἠώς,

et in eius exitu plures dies peracti esse dicantur hisce versibus:

αὐτὰρ ὃ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισιν
διογενὴς Πηλῆος υἱός, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.
οὔτε ποτ' εἰς ἀγορὴν πωλέσκετο κυδιάνειραν
οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον, ἀλλὰ φθινύθεσκε φίλον κῆρ
αὖθι μένων, ποθέεσκε δ' ἀϋτήν τε πτόλεμόν τε,

quorum versuum athetesi, quam pronuntiavisse Zenodotum ex Aristarchea ad vs. 488 discimus hac adnotatione: *ὅτι Ζηνόδοτος ἠθέτηκεν ἕως τοῦ αὖθι μένων. τὸν δὲ οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον οὐδὲ ἔγραφεν,* nihil restituitur rectus inter primam continuationem et alterius alteram partem conexus, cum remaneant versus 475 — 77 conexum delentes. quod si igitur cum unitatis pastoribus totum librum primum et unius auctoris esse et ab eo uno auctore eo ordine, quo nunc in exemplaribus legitur, conpositum censere vellemus, certe non dormitasse solum, sed vehementer stertuisse et ineptiisse eum quem Homerum vocant oporteret diceremus. quodsi vero nolumus illud ponere, non possumus quin Lachmanno ex tribus illis singulis partibus librum primum in unum corpus a conglutinatoribus concedamus conexum esse, ut concesserunt Hauptius et Koechlyus. sed ianiam superest, ut, cum alteram continuationem neque cum carmine neque cum prima continuatione ex omnibus partibus recte concinere interlexerimus, eam per se inspiciamus, ut cognoscamus, quid de ea ipsa iudicandum sit, utrum hanc quoque partem recte habeamus pro malo et inepto postremae aut rhapsodicae aut concinnatoriae aetatis additamento et centone an aequius de ea possimus proferre iudicium. nostra quidem sententia ea continuatio in ipsa ut ita dicamus schola Homerica orta est, sed aetate aliquanto posteriore quam qua ipsum primum carmen cantatum primum est a suo poëta, aetate scilicet ea, qua, ut Curtius in libello, qui inscribitur: über den gegenwärtigen stand der hom. frage, rectissime dixit, extremi illi antiquioris scholae Homericae vigebant aoedi, quos vocat nachdichter, quorum aetati quod etiam primam continuationem et Troianorum in B catalogum, quas partes esse constat aut rhapsodicae aut, id quod veri similius est, concinnatoriae aetatis, adtribuit, ex paucis vitiis est, quae in libello suo Curtius conmisit, aliud eorum refutavimus in diss. inaug. pag. 36. verum huius posteriorum aoedorum aetatis eam alteram primi carminis continuatio-

nem esse neque antiquissima illa aetate, qua quae pro antiquissimis recte habentur carmina originem habuerunt, ortam inde apertissime elucet, quod insunt in ea et novae dictiones, quae ab Hauptio conlectae vel solis eis in carminibus de ira Achillis leguntur, quae posterioris sunt originis, vel in carminibus de reditu Ulixis, et novae de rebus divinis et recentiores sententiae, cum Volcanus munere fungatur eius, qui vinum praebet, cumque is se aliquando ab Iove de Olympo dicat deiectum esse, quod matrem adversum patrem iuvisset. minorem natu hanc continuationem esse Hauptius solarum novarum dictionum et *ἅπαξ εἰρημένων* ratione habita dilegentissime, adcuratissime neque minus recte quam omnibus eis in quibus aliquid addidit locis demonstravit, neque quidquam novas de rebus divinis sententias respexit. sic igitur qui Lachmannus et Hauptius de Iliadis libro primo indicaverint, paucis interleximus. Koechlyus novarum rerum studiosus, ut Paulinae aetatis Athenienses, de quibus est act. XVII, 21: *'Αθηναῖοι δὲ πάντες καὶ ἐπιδημοῦντες ξένοι εἰς οὐδὲν ἕτερον ηὐκαίρουν ἢ λέγειν τι ἢ ἀκούειν τι καινότερον*, ex aliqua parte recessit a Lachmanno et Hauptio. ac primum quidem cum Duentzero, qui de Iliadis prooemio aliquando egit in Muetzelii annalibus sententiamque Grotianorum ab ipso iam ante Grotium ex parte excogitatam sequitur et Lachmanni rectas rationes maxime in Aristarcho suo male inprobat et obpugnat, vss. A 4—5 iam Zenodoto subspectos abicit. sed magno in errore versatur neque alse una cum Zenodoto ambo illi homines docti refelluntur Aristonici ad eos versus hac adnotatione Aristarchea: *ὅτι Ζηνόδοτος τοὺς δύο ἀθετεῖ· γίνεται δὲ τὸ προοίμιον κόλον· καὶ πρὸς τὰς ψυχὰς ἀντιδιέσταλκεν τὸ αὐτὸς δέ, ἐπὶ τῶν σωμάτων.* quod Aristonici scholion ad Aristarchi diplen ab eo versu adpictam argumenta praebet haud inprobanda eoque adlato philologus quidam nostra laude superior nobis auditoribus recte refutavit et Duentzerum, qui false non conmoveri patitur Aristarchi refutatione Zenodotique auctoritatem Aristarcho parem credit eamque ob caussam librum conscripsit de Zenodoti studiis Homericis inscriptum, quem Lehrsii libro parem esse aut similem ne quis credat valde cavendum est, et Koechlyum, qui Zenodoti et Duentzeri opinionem ea sola de caussa amplexus esse videtur, quod eiectis illis duobus versibus quinque versuum pericopa adparet. caussas enim cur Duentzero et Zenodoto adces-

serit nullas adfert. sed hoc loco, ne quid praetermittamus, etiam recte adversum Duentzerum his verbis disputat: sed in ea re viro doctissimo adsentiri non possum, quod hoc prooemio praeludi putavit longiori carmini, quo non solum ira Achillis contra Agamemnonem concepta eiusque origo tractata sit, sed etiam funestissima mala inde oriunda narrata fuerint. recte ille. versamur enim non in Iliadis prooemio, sed in primi et singularis carminis. quam sententiam recte iam protulit in illo lectionum indice Naeckius his verbis usus: illud non perspicio, quo iure omnes hoc dicere poëtam credant se tractaturum esse ista quae vss. 2—5 indicantur omnia. *Μῆνιν* pollicetur. quod argumentum quam grave sit, aptissime monstrat ex effectu: *οὐλομένην, ἣ μυρί'* et quae secuntur. tum versu 6 pergit ad suum sibi proprium argumentum se conversurus: *ἐξ οὗ δὴ τὰ πρῶτα* etc. deinde Koechlyus prorsus securus de instituta ab ipso versuum illorum ex suo conexu in alium transpositione neque Lachmanno tales locorum transmutationes solis in carminibus parallelis locum habere iudicanti (pag. 30) confisus versus 488, 490—92, quos egregie ad conclusionem carminis factos esse Duentzerum recte perspexisse non false dicit, arctius cum A 348 conectit. ac recte quidem eximendi illi versus sunt ex conmuni quam de tota prima continuatione concinnatoria recte ille pronuntiavit damnatione, sed inde nequaquam sequitur eos a principio fuisse in fine carminis primi. possunt enim ei versus sane egregie facti et optime instituti, ut possint poni in carminis exitu, a concinnatore ex alio quodam carmine, cuius reliquae partes a Pisistrateis concinnatoribus in Iliadis corpus recipi non poterant posteaque perditae sunt, adrepti esse neque dubium nobis amplius est, quin ita res se habeat, quanquam argumentis hoc docere quis queat? itaque in editione nostra futuro tempore edenda adversum Koechlyum eos versus cum tota prima continuatione inter additamenta Pisistrateorum demum aetate ad Iliadis corpus constituendum aut ex aliis genuinis carminibus nunc perditis adrepta aut ex ipsorum concinnatorum ingeniis orta et in locos quos nunc tenent intrusa abiecimus neque aliter posuimus alteram continuationem, quanquam ortam ab scholae Homericae aoedo posteriore. verum enim vero praeter duas istas partes versusque supra memoratos inter additamenta cum Lachmanno reicienda ex libro primo est vs. 430 prima pars verbis: *τήν ῥα βίῃ ἀέκοντος ἀπηύρων* con-

prensa, quae recte habebitur pro additamento eius, qui inter duas alterius continuationis partes, quarum altera Thetidis cum filio conloquium, altera Thetidis apud Iovem preces narrat, primam continuationem interiecit, ne Ulixis iter in carmine Agamemnonis iussu subceptum reditu careret. quam athetesin iubet etiam Lehrsius, qui praeter hunc locum et alterum non minus subspectum in ea Odysseae parte, in qua transitus fit a prima Telemachiae parte ad alterum de reditu Ulixis carmen (*δ* 646, ap. nos add. 2, 27, Kirchh. III, 3, 1926), ex nostro Iliadis loco interpolatum nullum in omni poësi Homerica exstare evicit locum, in qua forma aliqua ab *ἀπαυρᾶν* verbo orta aliter ac in versus fine posita sit. eam igitur vs. 430 partem priorem recte abiecisse nobis videmur una cum tota quae ea parte introducitur prima continuatione, quam, quod valde miramur, ex unitatis pastoribus, qui tales suturas maximo studio defendendas et calidius fere quam ingenii vere poëtici praestantissima et divina opera fovendas censent, unus Baeumleinius in Lachmannianarum considerationum recensione annalibus Cassellanis inserta Hauptio duce damnavit neque tamen, ut cum Koechlyo dicere pergamus, Naegelsbachii pietati persuasit, qui cum in adnotationum ad Iliadis I—III editione altera, postquam pag. 106 sqq. contra utrumque egregie argutatus est, hanc in fine adicit praedicationem: nur der verfaszer des ersten teiles war fähig den bericht in jener bescheidenen mäszigung zu halten, die Bäumlein mager nennt, suo acumine fruatur, cum de gustibus non sit disputandum, criticum vero ille se non praestat idque iam satis docuimus adlata in diss. inaug. pag. 47 Curtii de eo sententia docentesque ibi qui factum sit, ut ab omni crisi esset abalienatus. sed superest ianiam unum, in quo Koechlyum errasse iudicamus. nanque tertiam primi libri partem Hoffmanni sententiam in philologi Gottingensis III p. 197 prolatam secutus non continuationem (quo nomine Lachmannus recte usus erat) esse sed alterum carmen idque *λιτῶν* sive precum titulo instruendum dicit. cuius sui alterius carminis initium ille praebet hoce: *αὐτὰρ ὃ χωόμενος κούρης πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς*, ab initio unum alterumve versum in concinnanda conpage resectum esse censens, sed eius partem dimidiam retentam in versu 489 ab ipso eo loco quo nunc est in editionibus volgaribus eiecto, quod in primo hemistichio Achilleus audiret *διογενής*, quod cognomen Achilli nullo alio

loco adtribueretur, displiceretque *Πηλέος υἱός*, cum eius epitheti solus vocativus isque solis duobus locis subspectis (*Π* 21, *λ* 478) obviam veniret. sed hoc de altera continuatione iudicium fecisse Koechlyus videtur sola sua rerum novarum cupiditate permotus. quapropter quae pro sua opinione profert ea argumenta in eum converti primo adspectu interlegetur. quod enim huius partis poëta, ut ipse Koechlyus dicit, totam partem ita instituit et conposuit, ut quasi congruens imago Menidi responderet, in eumque finem haud raro ipsa archetypi verba aut integra aut paullulum variata repetivit, in ea re caussa est clarissima et maxime perspicua, ex qua eius partis auctorem est concludendum non novum proponere carmen (carmina enim singula nunquam ita inter se quadrant, ita similia et aequalia sunt), sed archetypi illius continuationem instituere, quam studebat ipsi carmini quam simillimam efficere. nanque quis credat novi carminis auctorem initio statim sui carminis ita prioris carminis conmonefacere posse auditores, ut Achillis mari adsidentis precesque ad matrem fundentis condicionem respondentem faciat condicioni Chrysis in priore carmine cum ab Agamemnone male habitus sit et conviciis oneratus ad mare recedentis ibique ad Apollinem preces mittentis? deinde num credibile est novi carminis auctorem suum carmen ita ad prius referre, ut eum, quem agentem et loquentem introducit, faciat honorem certe ab Iove ipsi deberi ita urgentem, ut respiciat ad prioris carminis eos locos, in quibus idem eum honorem sibi ab alio negari queritur, et adludat etiam ad eum locum, quo alius ille ab Iove se gloriatur honorari? porro quid est quod censeas de eo novi carminis, quod habitum volt pro proprio et suo, poëta, qui ex priore carmine vocabula et conparationes repetit, ut potius de furto quam de imitatione sit cogitandum? talem autem se gerere auctorem huius carminis quis est qui neget, siquidem conposuerit A 357 cum A 43, A 394 sq. cum A 94 sq., A 498 cum A 48? porro quid est quod censeamus, si quidem videmus huius partis auctorem, quem Koechlyus fingit novum carmen conposuisse, ubi Thetis Iovem rogat, ut filio honorem ab Agamemnone negatum ipse praebeat, rem ita instituentem, ut ea particula non solum adcurate prioris carminis ei particulae congruat, in qua Agamemnon ferociens est Iovis honorifico favore, sed eandem habeat dei atque viri con-

positionem, quam Agamemnon inter se et Apollinem instituit? denique num novi carminis auctore, qui eiusdem scholae est, dignum est prioris carminis similis argumenti instituere quasi parodiam, qualem Koechlyus hoc loco censet institutam. nam rixam Iovis Iunonisque rixae Agamemnonis et Achillis respondere dicit, sed tamen ita, ut altera divina Volcani claudicantis facili adhortatione iocosoque ministerio sua sponte in *ἄσβεστον γέλωτα* abeat, altera humana quanquam et sapientissima dea Minerva et Nestore sene gravissimo intercedentibus innumerorum malorum sit origo? nonne tali parodia auctor toti scholae inlusisset?' an vero Goethius aut aliorum poëtarum quis suorum ipsius carminum parodias fecit? postremo num recte credas novi carminis auctorem ad prioris carminis auctoris verba phrasesque ita se adconmodare, ut huius partis auctorem se adconmodare patet ad primi carminis poëtam? hisce rebus et argumentis potius in continuatione primi carminis, quam in novo carmine nos versari satis superque evicisse nobis videmur. continuatorem enim necesse est se quam studiosissime adplicare et adconmodare ad eius cuius opus continuat mentem et sententiam, quanquam per rerum natura non poterit, quin hic illic desciscat ab eo eaque re aperte se alium prodat ac ipsum auctorem, novi vero carminis auctori nequaquam licet ita, ut huius partis auctor facit, alterius et prioris carminis tanquam archetypi verba, dictiones, narrationes respicere eisque se adconmodare. sic igitur eis, quae Koechlyus adfert, potius continuationem esse hanc partem evictum est quam novum carmen, pro quo Kochlyus, Hoffmannus neque non Naeckius hanc partem habent, quam pro proprio novoque carmine habitam Naeckius *τιμῆς* sive *τιμήσεως* nomine instructam volt. haec in universum disputata lectoribus satisfaciant; incitatus enim hoc modo et conmotus qui singula studiosius pertractaverit, eum multo magis probaturum hanc sententiam confidimus. quae cum ita sint, unis Lachmanno et Hauptio, qui recta de illa primi libri parte primi protulerunt, non Koechlyo propter novarum rerum et propriarum coniecturarum studium saepe erranti adsentiendum est. iam vero nihil amplius de Koechlyo hic false iudicanti addendum nobis esset, nisi, ut carmini suo alteri initium praefigeret, miro modo versum A 489 per se recte constantem sine caussa mutavisset. primum enim primum hemistichium sola con-

iectura constitutum est, deinde nihil miri est in vs. 489 primo hemistichio, si quidem cum Bekkero ut in reliquis duobus locis, quorum de altero Koechlyus erravit pro λ 478 scribens π 478, Πηλῆος υἱέ, ita hic Πηλῆος υἱός legimus, quam mutationem invenire ipse Koechlyus potuisset, si meminisset ε literam in mss. saepissime legi pro η littera vereque poëtas antiquos Ionicos solam ε vocalem et in brevibus et in longis syllabis usurpasse pro eaque invectis demum posterioribus litteris η litteram positam esse solis in eis syllabis, quae longam desiderare videbantur vocalem. porro cur versus illi, in quibus patronymici epitheti, quod est Πηλῆος υἱός, est vocativus, alter obvius in carmine de ira Achillis quinto decimo (XV, 156, Π. 21), alter in necyia carmine fortasse Boeotico de Ulixis in orcum itinere (λ 478, ap. nos add. 10, 394, Kirchh. 9, 4468) subspecti sint, non possis videre. tum cur non possit vocari Achilles cognomine, quod est διογενής, cum tamen in carmine quinto decimo (XV, 1041, *P* 199), et in carmine sexto decimo (XVI, 896, 914, *T*, 279, 297) θεῖος, in carminibus VI, VIII, XIII, XIIII, XV, XVI, XVII, XVIII. δῖος, in carminibus VIII, XVI, XVII, XVIII θεοῖς ἐπιεί̈κελος, in carmine octavo (VIII, 306, I, 229) διοτρεφής vocetur, non patet. falsa igitur Koechlyi est mutatio et athetesis primae vs. 489 partis neque recte is totus versus expellitur ex conplexu versuum in fine primae continuationis positorum. licet enim, id quod concedere non dubitavimus, sint quattuor illi versus A 488, 490—92 melioris originis quam tota prima continuatio, quid inpedit ne qui quattuor illos versus ex alio carmine adripuit concinnator, ut Koechlyus, rerum novarum cupidus versum illum 489, propter epithetorum cumulationem sane subspectum, ut aliquid de suo admisceret, interposuerit? primum igitur ianiam ob oculos est documentum eius sententiae, ex qua Koechlyum, ubicunque a Lachmanno et Hauptio recessit, rem perturbasse et quae Lachmannus optime invenerat ea ipsius argutiis obcuriora reddidisse censemus. verum ne consulto videamur praetermittere quae recte Koechlyus iudicavit, addendum censemus ex parte recte eum de Naeckii aliqua coniectura ita locutum esse: neque enim Naeckio adsentior pag. 286 conicienti ex ipsa Menidis conclusione carminis (i. e. alterius continuationis) initium captum esse hoc modo:

αὐτὰρ ὁ μήνιε νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισιν
διογενὴς Πηλῆος υἱός, πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς
δακρύσας δ' ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο νοσφὶ λιασθείς.

nam nec primo versu, quo navibus adsidere dicitur Achilles, satis concinne statim adiciuntur sequentia de solitaria sessione ad maris litus capta et videtur secundi carminis (i. e. alterius continuationis) auctor consulto memorem Achillis iram, cuius descriptione, (id quod, ut supra evicimus, male et false fit) primum carmen vss. 488, 490-92 concluditur, tanquam matris demum inperio sancitam introduxisse vss. 421 sq.:

ἀλλὰ σὺ μὲν νῦν νηυσὶ παρήμενος ὠκυπόροισιν
μήνι' Ἀχαιοῖσιν, πολέμου δ' ἀποπαύεο πάμπαν.

nova igitur hic adparet inter primum carmen et continuationem alteram discrepantia nec non discrepantia apud Koechlyum, qui hic iram in huius partis introitu memoratam vituperat et tamen modo ipse carmini simile praefixit initium hoce: *αὐτὰρ ὁ χωόμενος κούρης πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς δακρύσας ἑτάρων ἄφαρ ἕζετο κτλ.* neque vero minus ex parte recte iudicat Koechlyus de anacephalaeosi in alterius continuationis, quam male pro altero carmine habet et in editione infert, initio posita his verbis usus: iam iudicare licet de illa quam Aristarchus reiecit *ἀνακεφαλαιώσει* 366—92, cuius bona pars sane si per se spectatur primo adspectu a centonario opere proxime abesse videtur: 371—75 = 12—15, 376—79 = 22—25, 338 cfr. 53, 388 *τετελέσμενος ἐστίν* = 212. verum totum locum si consideraverimus, etiam in his nostrum poëtam (potius continuatorem) adgnoscemus, qui consulto quidem ex illo carmine, cui suum (rectius suam continuationem) adplicare voluit, ea integra deprompsit atque inmutata, quae nec brevius nec aptius dici posse viderentur, sed his de suo alia haud pauca admiscuit, quibus Achillem esse, qui rem controversam sua ex persona matri sibi conciliandae exponat, audituri cognoscerent. neque hoc Alexandrinos latuit artificium, ut adparet ex scholio ad 384: *ἄμμι δὲ μάντις· οὐ προσέθηκεν, ὡς αὐτὸς τὴν ἐκκλησίαν συνήγαγεν οὐδὲ ὅλως ὕποπτον ἑαυτὸν καθίστησι τῇ μητέρι* (ALV) et ad 386: *ἐγὼ πρῶτος. ὡς καὶ ἄλλων τοῦτον ἐχόντων τὸν σκοπόν* (BL). et adnotari poterant alia, quae in vernacula expositione tetigi (ubi?). sed ne candidissimum heroem pro vafro habeas cau-

sidico, egregie cavit poëta procemio: *οἶσθα· τίη τοι ταῦτα ϝιδυίῃ πάντ' ἀγορεύω*; quod ipsum Aristarcheae atheteseos caussa fuisse dicitur: *ὅτι παλιλλογεῖν παρῄτηται· ἀλλότριοι ἄρα οἱ ἐπιφερόμενοι στίχοι εἴκοσιν ἑπτά*, cui perbene respondit alius: *ἄκρως ἐνέφηνε τὸ βαρύθυμον διὰ τοῦ προοιμίου· καὶ πρὸς εἰδότας δὲ ἔθος λέγειν ἐπικουφίζοντας τὴν ὀδύνην.* quocum conferas Lachmanni verba pag. 7: die anakephalaeosis ist sehr schön in einem andern liede, in einer fortsetzung, die so an einen andern beliebten gesang zurück erinnert. denique rectissimum Koechlyus de Aristarcheis athetesibus profert hoc iudicium: est omnino duplex atheteseon Aristarchearum genus (nam a Zenodoteis omnino minus inminet periculi), quae ne inponant nobis cavere debemus, primum earum, quae ad tollendas carminum discrepantias instituuntur creditae unitatis gratia, alterum earum, quae *διὰ τὸ ἀπρεπὲς* conmendantur. in illis ut criticorum princeps eadem qua unitarii nostri opinione transversus actus est, ita in his magis quam nostrates lapsus esse videtur non tam ad temporum heroicorum nativam simplicitatem quam ad aulicae vitae delicias aequaliumque acutas nares honesti atque decori rationes revocans. huc cum supra athetesis A 29—31 pertinet, cui iam satis contradixerunt antiqui, tum, ut luculentissimum promam exemplum, ζ 244 sq. et 275—88, qua suavissima ingenuae virginis confessione aegre caremus, cum de η 310—16 magis dubitari possit. nec ceteras quas in A fecit Aristarchus atheteses aut aliis probatas video aut ipse probare possum: 96, 110, 113 sq., 139, 192, quibus omnibus tolli quae retenta velis facile potest demonstrari. contra de 177 recte monuerat hic et E 891: *ἐνταῦθα οὐκ ὀρθῶς κεῖται* et Minervae missio, si semel tantum memorabatur, melius certe 208 sq. *εἰς προτροπὴν τοῦ Ἀχιλλέως* quam 195 sq. *ἐκ τοῦ ποιητικοῦ προσώπου* memorabatur. iam vero in fine explicationum de primo Iliadis libro et in carmine ipso, quod ex libro enucleavimus, et in altera continuatione omnia clara, omnia perspicua esse, nihil contra ea miri, nihil, quod dubitationem adferat, inesse, ut inde false maleque Paulum La Rochium in philologi Gottingensis vol. XVI pag. 41 de Nestoris in primo carmine ad Agamemnonem Achillemque oratione dubitasse adpareat, contra primam continuationem cum Hauptio et Koechlyo pro centone habendam repetimus neque possumus quin ianiam constare nobis dicamus, quid de primo libro iudicandum

sit, qui primum carmen restituendum, quid inter additamenta reprimendum. nihil igitur ianiam addendum nobis esset ad ea, quae de Iliadis libro primo protulimus, nisi adessent, qui quanquam a Lachmanno, Hauptio, Naeckio, aliis recta de Iliadis ea parte in medium prolata sunt, tamen suum Homerum, suam orthodoxiam, suas a suis magistris antelachmannianis adceptas et mente conceptas opiniones tuentur, verum Lachmanni Hauptii, Naeckii, Koechlyi sententias optimis argumentis fultas negant neque de suis opinionibus depelli possunt quippe praeobcupatis. qui omnes cum primum Iliadis librum, qualis in plerisque est editionibus, exceptis pauculis versibus ipsis propter argumenta externa subspectis unum esse consentiant unius eiusdemque auctoris opus, lectoribus satisfacturos nos speramus unum ex eis viris praeobcupatis opinionibus involutis Friedlaenderum Grotianum refellentes. qui quidem de Iliadis libro primi agit in adpendice libri sui, qui inscribitur: die homerische kritik von Wolf bisz Grote. ac primum quidem ille id, quod multis studiis Lachmannus consecutus est, paucis conprendit verbis plerumque usus Lachmanni, tum ad refutandum adcedit. ac primum quidem alteram quam Lachmannus ex primo libro exsecuit continuationem non a principio in duas partes discisam et interiecta prima interruptam fuisse et cum prima male conexam esse Lachmannum inde evincere vidimus, quod interposita inter duas alterius partes ea prima continuatione non sit, quo referas *ἐκ τοῖο* illud, quod est in versu 493 quodque aperte constat velle auctorem versuum 493 sqq. relatum ad ipsum conloquii inter Achillem Thetidemque habiti diem. sed illuc referri *ἐκ τοῖο* illud, si praesens servatur conexus, non potest, cum non modo secundum A 488—92 post concionis et conloquii diem plures dies praeterierint, quibus quae illis versibus insunt facta ea sunt, sed, licet cum Zenodoto quinque eos versus, quibus narratur, qui inde a rixae die primo usque ad decimum et sextum post initam rixam diem se Achilles gesserit, eiciamus, secundum A 475-77 dies, quo secundum nostram Iliadis conpagem concio habita, rixa inita, conloquium factum est et inde a quo dies duodecimus numerandus est, orta nocte interierit et perfecta nocte nova lux i. e. novus dies adparuerit. quae docenti Lachmanno et ita dicenti: dies *ἐκ τοῖο* hat keine beziehung mehr, respondet Friedlaenderus: freilich keine beziehung auf ein grammatisches subject, doch eine natür-

liche, die zugleich die notwendige, weil einzig mögliche ist. nach dem gespräch, in dem Thetis Achill auf den zwölften tag verweist, verläszt der dichter den helden, um die episode der fahrt nach Chryse zu beschreiben. dann zu ihm zurückkehrend erzählt er, wie bei ihm die tage seit dem beginne des zornes vergiengen, womit meiner meinung nach gar keine zeitangabe gemacht wird. wenn aber nun er fortfährt: als aber von jener zeit der zwölfte tag erschien, so glaube ich, dasz kein unbefangener leser oder hörer an einen andern zwölften tag als den von Thetis verheiszenen denken, also auch ihn von keinem andern zeitpunkt ausz berechnen wird als von dem, den sie angegeben. und in der tat hat man sowohl im altertum als in der neuzeit bisz auf Lachmann so verstanden und ist nur darüber in zweifel gewesen, ob Thetis den zwölften tag vom tage des zorns an oder vom tage vorher meine. und selbst Lachmann war nicht abgeneigt zuzugeben, dasz sein gefühl hier zu scharf sei, wenn esz nicht der bedenken im ersten buche der Ilias mehr gäbe. haec vir ille adfert neque tamen earum rerum caussas et argumenta docet, sed a nobis, etsi philologis et a Lachmanno et Hauptio in rebus philologis nihil sine argumentis credere doctis, postulat, ut ipsius opinioni et sensu aliquid tribuamus contra Lachmanni recta argumenta eaque, ut constat ex epistulis ad Lehrsium datis, multis modis cum animo reputata. quapropter ille Friedlaenderus, cui recte conponetur inter theologos unus ordo eorum, qui sibi potius nos confidere volunt quam auctoritati scripturae sacrae et in annalibus protestanticis a Krausio Berolinensi editis ut papa de sella curuli suas opiniones de Christo eiusque ecclesia proferre rixasque inter Christianos movere (cfr. annales diurnos mensis Iunii et diss. inaug. pag. 48.) non desistunt quanquam pauci tantum eorum rationem habent in eorumque castra se conferunt neque metuendum est, ne ab eis perdatur ecclesia Christiana, cuius summus tutor est, ut nuper in oratione ecclesiastica satis docta, fideli, eleganti docuit Antonius Albertus Schmidtius praedicator et sacerdos ad ecclesiam S. Benedicti Quedlinburgensem adscriptus, Iesus Christus (cfr. Benicken: diss. inaug. de Iliadis carm. X. p. 60), qui est A et O, initium et finis cum omnium rerum tum ipsius ecclesiae Christianae, ille igitur Friedlaenderus ut Krausius theologus eiusque socii prorsus indignus est, cuius opinionem pluribus refutemus.

attamen ne nos sibi inpares esse crederet, eas suscepimus refutandas. primum quod dicit, quanquam non adsit rectum subiectum grammaticum, quo ἐκ τοῖο illud referas, tamen adesse aliquid, quo per rerum naturam referri debeat, respondendum ei est nihili esse tale. nanque quandiu qui aliquid aut litteris conficiunt aut canendo proferunt ei non sunt insani, in eius modi operibus, nisi forte per iocum aliter res instituitur, solent, sive scribunt sua sive canendo proferunt solique memoriae servanda tradunt, ita loqui ut quidquid ita dicunt, ut ad praecedentia quaedam sit referendum, id ita instituant, ut recte possit interlegi, quo quae praecedentia quaedam spectant ea sint referenda, utque illa, quae respiciuntur, ab eis, quae respiciunt, non distracta sint interiectis aliis quibusdam, quae illis, quae praecedentia spectant, non minus possint respecta esse quam ea, quae respecta volt auctor. an vero, optime Friedlaendere, habes ex scriptoribus sive poëticis sive prosaicis, quem nomines aliter in operibus suis se gerentem. nostra quidem sententia ne ei quidem, qui conmentarios diurnos, quos vocamus zeitungen, conscribunt plerumque maxima celeritate usi, ab hac consuetudine recedunt. sed quid multa? recte ea iam indicavit Lachmannus et probavit hisce verbis: aber der zweifel dürfte doch wohl erlaubt sein, ob es einem geschickten erzähler begegnen würde, dasz er erst drei zeiten angäbe, zwei mit zahl, die dritte vom täglich bis zum sechzehnten tage widerholten, und er liesze dann eine zahl folgen, die auf die erste zurückwiese: »am zehnten tage rat, zank, Thetis rede, am andern morgen kehrt Odysseus zurück, Achilles gieng inzwischen (nicht seitdem) niemahls zum rat und niemahls zur schlacht, nach diesem am zwölften tage kehrten die götter heim.« es ist wahr, dasz hieran Näcke keinen anstosz nahm, sondern nur der, wie hr. Bergk (Marburg 1845) sagt, qui omnia dissolvit. vielleicht könnte nun dieser zugeben, dasz hier sein gefühl zu scharf sei, wenn es nicht der bedenken im ersten buche der Ilias mehr gäbe und wenn nur nicht hr. Bergk eine sehwierigkeit des ersten buches, durch das letzte, ein werk aus einer viel spätern kunstperiode rechtfertigen wollte. unde apertissime constat ἐκ τοῖο illud in nostro libri primi conexu non posse referri nisi aut ad plures illos dies, qui indicati sunt vss. 488—92, aut eis quinque versibus cum Zenodoto eiectis ad unum diem vss. 475—77 indicatum, quorum tamen

temporum neutrum auctor respectum volt, sed potius aut tempus illud respicit, quo Thetis cum filio conlocuta est, aut tempus, quod in narratione indicavit dea. quod ianiam Friedlaenderus dicit sua quidem sententia neque vss. 475—77 neque vss. 488—92 novam temporis inferri significationem et descriptionem atque nullum integrum sive auditorem sive lectorem interiecta post primam alterius continuationis partem continuatione prima in illo *ἐκ τοῖο,* quod est in alterius secundae continuationis partis introitu, posse cogitare de alio duodecimo die atque aut de eo qui a conloquii die numeretur aut de eo, qui a die a Thetide indicato numeretur, suo acumine fruatur eoque usus sibi fingat homunculos, qui eius sint ingenii alacritatis, ut primo adspectu nulla plagula conmota vel convoluta *ἐκ τοῖο* illud non ad tempus versibus modo lectis indicatum referant, sed duas temporis significationes transilientes ad narrationem prorsus aliam. quod vero vss. 475—77 et vss. 488—92 non contineri temporum significationes ille opinatur, in eo non potest refutari, cum de gustibus non sit disputandum. porro quod Friedlaenderus totam antiquitatem et omnes, qui recentiore aevo rebus Homericis vacaverint, recte *ἐκ τοῖο* illud dicit retulisse ad narrationem de Thetide aut ad Thetidis verba, nihil errat, sed non cogitat illos et antiquitatis et recentioris aevi viros doctos non auditione sola ut primos auditores Homerica carmina percepisse, sed eis multum fuisse temporis ad reputanda omnia et ad evolvendas singulas plagulas solamque propter male perceptam simplicitatem factum esse, ut nostro demum saeculo eis carminibus critica manus admoveretur. quapropter nihil valent illa testimonia ex doctrina non remota petita. denique cum Lachmannum dicit non fuisse inparatum se concedere nimis acute hic iudicasse, nisi plures adessent in primo libro obfensiones, graviter mentitur. vere enim Lachmanni in considerationibus verba prorsus alia haece: vielleicht könnte nun dieser (se ipsum indicat quippe quem Bergkius dixerit eum, qui omnia dissolvisset) zugeben, dasz sein gefühl hier zu scharf sei, wenn es der bedenken im ersten buche der Ilias nicht mehr gäbe. nihil his verbis inest, unde Lachmannum concludas se dixisse non esse inparatum se hic nimis acuti sensus et iudicii fuisse concedere. nihil enim dicit nisi fortasse posse se in conmunem de his rebus sententiam concedere, nisi plures adsint in libro Iliadis primo disficultates.

constat igitur Friedlaenderum male iudicasse; de deficiente autem argumentatione nihil habemus quod dicamus. his abiectis videamus ianiam, qui ille conetur efficere, ut narratio primae Lachmannianae continuationis necessaria sit inter narrationes de Thetidis cum Achille conloquio et de Thetidis apud Iovem precibus. rem ita se habere neque unquam posse eam de Chryseidis transportatione narrationem in alio loco positam fuisse inde opinatur clarum et perspicuum esse, quod Thetis ab Achille ut ipsum adiuvaret flagitata eum reiecerit ad duodecimam lucem, cum Iupiter cum deis apud Aethiopas versaretur. quod iter Friedlaenderus iudicat non posse a poëta fictum esse nisi eo consilio, ut ante Iovis auxilium Chryseis abduceretur. sed quid, obsecro, necessitudinis intercedit inter ambas narrationes? nam cur, si iter ad Aethiopas sola ea de caussa adest, ut ante Thetidis ad Iovem preces Chryseis ad patrem abducatur, non ita rem poëta instituit, ut, cum Chryseidem iam ipso conloquii die domum transportari et Ulixem secundo post illud conloquium die redire fecisset, Iovem cum reliquis deis tertio post id reverti faceret neque amplius Achillem moraretur, cum iam sublata Iovis absentiae esset caussa. an vero numerum illum cum Faesio habebimus pro numero, quem dicunt eine unbestimmte zahl, quali modo Romani sexcenties illud adhibuerunt? Faesius in eo non minus errat quam si dicit de anacephalaeosi: dennoch erzählt Achilleus 366—92 alles auszführlich, groszenteils in schon dagewesenen versen, um sein gemüt zu erleichtern und die teilnahme der leser, wie einst der zuhörer folgt der bündigen erzählung gern, zumahl da von dieser alle folgen des zornes auszgehen. unum vero certe scimus non modo non libenter secutum esse narrationem sed gravem obfensionem invenisse. primi enim libri in conplexu eam Aristarchus non aptam esse recte interlexit. nullam igitur, ut ad rem redeamus, praebet illa deorum apud Aethiopas per duodecim dies absentia caussam, cur ab initio conexae fuisse duae illae continuationes censendae sint. principalis vero Friedlaenderi in hac re error in eo versatur, quod iter illud a poëta fictum dicit. unde enim scit non fuisse illud in fabulis traditum sed poëtae esse figmentum? nostra quidem sententia eaque epicae omnium populorum maxime Germanorum poëseos analogia nobis probata deorum ad Aethiopas iter non est figmentum sicut non est

figmentum Sigfridi a Brunhildae insula ad Nibelungos iter, verum et in Iliadis primi carminis altera continuatione et in Nibelungiadis quarti carminis prima continuatione (de qua cfr. Lachm. adn. p. 65 sqq., Muellenh. zur gesch. d. Nib. n. p. 60 sq.) partes legimus antiquae fabulae omnibus, apud quos eae continuationes sive solae nudaeque sive cum suis carminibus conexae aut canendo aut postea declamando proferebantur, satis notae et tritae neque est illud iter a narratione de Chryseidis redditione discerptum pro supervacuo additamento habendum. quod si igitur nihil de figmento in illa de itinere narratione recte cogitatur atque fuit ei, cuius altera est continuatio, fabula traditum deos, cum Achilles a Thetide auxilium peteret, apud Aethiopas versatos esse, nullo certo eius itineris fine opus fuit. eum certe quem Friedlaenderus opinatur non fuisse finem neque omnino ullum fuisse eius itineris finem nisi qui in eo erat, ut hecatombas dei adciperent festaque celebrarent, inde patet, quod de alio fine nihil dictum neque Homericum est tale quid silentio obvelare. praeterea saepissime apud Aethiopas nullo alio cum fine deos versari memoria tenendum est. sed cum ea aut omnium deorum aut unius dei apud Aethiopas conmoratio praecipue Odysseae propria sit, in conmemorata ea aliquid inesse censemus, quod posteriorem continuationis originem evincit. usque ad hunc igitur locum nihil Friedlaenderus ille quod potuisset nobis probari protulit. iam vero pergit ad solvendam quaestionem utrum possit necne ea primi libri pars, quae est post A 347 et ab eo pro uno unius auctoris opere habetur, id quod, quanquam non potest concedi, tamen cum eo ponendum est, cum alteram eius adpendicis opinionem ut primam refutare in animo sit, utrum igitur necne A 348-611 orti esse possint a narrationis de rixa inter Agamemnonem et Achillem conmota auctore. de qua quaestione acturus primum concedit ille discrepantiam adesse in eo, quod in narratione de rixa inter Agamemnonem et Achillem orta narretur Minerva ab Iunone missa de Olympo delapsa et in Olympum inter reliquos deos regressa esse et Apollo dicatur in particula narrationi de rixa praecedenti sagittas (κῆλα θεοῖο) inter Graecos ipso eo die, qui rixae die praecesserit, deiecisse, contra in Thetidis cum Achille conloquio, quod, si praesentem Iliadis servamus conexum, non potest poni nisi ipso rixae die, Thetis die antecedenti Iovem ad Aethiopas abiisse omnesque

deos una secutos esse dicat, eamque discrepantiam non sublatam esse neque Aristarchea versus 222 athetesi (cfr. schol. Ariston. ad A 424, in quo secundum codicem A est: *ἰστέον δὲ ὅτι τινὲς γράφουσι μετὰ δαίμονας ἄλλους· διὸ ἀθετεῖται,* secundum vero Lehrsii coniecturam haec sunt verba: *ὅτι τινὲς γράφουσι μετὰ δαῖτα, διὸ ἡ διπλῆ· καὶ ὅτι μάχεται τὸ μετὰ δαίμονας ἄλλους* (vs. 222) *διὸ ἀθετεῖται* sc. vs. 222, ad quem haece Lehrsius adscribit: hunc versum ab Aristarcheis obelo notatum puto) neque antiquorum criticorum interpretationibus (cfr. schol. AV et BL ad A 222, BL ad A 424) adfirmat neque tamen de gradu suo deiectus est, sed potius eam discrepantiam defendit eam adferens non esse maiorem quam sit, quam Lachmannus inter librum sextum decimum et librum septimum decimum adnotaverit intercedere, quanquam eos libros censeret unius eiusdemque auctoris esse, quam sit, quam Lachmannus in libro tertio decimo neglexerit, quem tamen unius auctoris iudicaret neque tantam, ut omnibus reliquis placentibus, concinentibus, cohaerentibus cogat alteram primi libri partem a prima discindere, neque esse quod inpediat quin ponatur rhapsodum aliquem, qui alteram partem solam cecinisset, cum Iovis iter memoraret, addidisse reliquos deos eum secutos esse neque animum advertisse aliquot deos in prima libri parte adparere eo tempore, quo secundum alterius partis narrationem ab Olympo eos abesse necesse esset. iam vero eam discrepantiam spectantibus nobis videntur supra in ea tractata male praetermissa esse, quae Hauptius pag. 97 de ea quanquam inpugnatus a Lehrsio tamen non refutatus his verbis protulit: den widerspruch zwischen A 222 und 424 zu heben hat Aristarch auf verschiedene weise versucht. er meinte, entweder müsze 222 gestrichen werden oder allgemeine homerische formel ohne individuelle bedeutung für diese stelle angenommen werden. ein dritter versuch der ausgleichung ist für *ἕποντο* im 424. verse *ἕπονται,* aber kein glücklicher, da dem futurischen präsens *ἅμα* und der gedanke widerstrebt. auf der anderen götter abwesenheit kommt es gar nicht an, miterfolgt kann sie miterwähnt werden; ganz überflüszig wird ihrer gedacht, wenn sie erst bevorsteht. dasz Apollo am tage nach der götterfahrt zu den Aethiopen seine pestpfeile in das heer zu senden fortfährt und am gesang der in Chryse das opfer haltenden sich erfreut, ist dem Aristarch nicht aufgefallen.

dasz Athene von Here vom Olymp gesendet wird und dahin zurückkehrt hat ihn zu keiner athetese bewogen, nur 222 nicht auch 221 gab er allenfalls preis, und zwar 195—96 verwarf er, wohl nur weil diese verse sich widerholen, aber 208, 209 nahm er gegen Zenodotus in schutz, der hier aus derselben scheu vor widerholung tilgte. den widerspruch dieser stellen und des 424. verses räumte er entweder durch sein ἕπονται weg oder durch erklärung, er hat nicht in beiden ausgaben ἕπονται gesetzt oder es nicht mit entschiedenheit als das richtige behauptet, sonst wären seine bemerkungen über 222 unnütz. die erklärung, durch die er den widerspruch zu lösen suchte, musz wohl die in BL überlieferte sylleptische von πάντες 424 gewesen sein; nicht dasz sie seiner würdig wäre, aber eine andre weise, sich über den widerspruch hinwegzuteuschen, wird man schwerlich finden können. von den unmöglichkeiten, die Vosz (kr. blt. I, 183) als die wahre antwort auf die fragen gibt, zu denen diese stellen nötigen, war Aristarch weit entfernt. quod in hac sententia schol. AV. ad hunc locum (A 222) adnotatione cum Lehrsio in Arist. pag. 363 ut Aristarchea usus est, recte fecisse videtur neque videtur Lehrsius aliam ab caussam atque ne cum Hauptio in sententia de carminum Hom. origine consentire cogeretur eam adnotationem antea inter Aristarcheas relatam postea ab Aristarcho abiudicasse. addita enim ab eo apud Friedlaenderum caussa in eo posita, quod vix μετὰ δαίμονας ἄλλους ab eo explicari potuerit εἰς τὸν τῶν δαιμόνων τόπον, nihili est. haec de discrepantia hactenus. cuius a Friedlaendero institutam defensionem ianiam spectemus oportet. est autem mala fraus vitium vitio defendere neque verum est quod ille dicit. primum enim nulla exstat in Lachmanni carmine quinto decimo discrepantia. ea vero quae inter libros sextum decimum atque septimum decimum intercedit aliter ac Friedlaenderus opinatur orta est. non enim videtur ea orta esse opera alicuius rhapsodi, cum rhapsodis (cfr. diss. inaug. pag. 45) non tantum sit tribuendum, sed potius concedendum eos non tam neglegentes fuisse, ut res tantopere, quantopere in eis libris confusae sunt, confunderent, sed per concinnatores Pisistrateos, qui, cum ipsis ex alio quodam carmine, quod eandem fabulae troicae canebat partem sed paullo aliter describebat, particulae illae et versus adessent, eos quod rem exornabant dignos qui non peri-

rent putatos recipiebant et solita sua neglegentia praetermittebant, quod rem exornantes rem perturbabant. ea igitur quam Friedlaenderus adnotat discrepantia non est profecta ab auctore quinti decimi carminis neque potest ab eo profecta esse, cum homo ille qui carmen canebat fuerit rationis particeps, neque potest ad firmandas et defendendas primi libri discrepantias et ineptias adhiberi. eos vero versus, quibus in libris decimo et sexto atque decimo et septimo conexus turbatur, non fuisse a principio in eis locis sed a concinnatoribus demum intrusos esse inde elucet, quod sine ullo detrimento emoveri possunt. sunt autem digni qui emoveantur putati a Lachmanno, cuius in cons. pag. 79 haece sunt verba: nun aber wie vereinigen wir die erzählungen vom tode des Patroklos in *Π* und *P*? dort hat ihm Apollo *Π* 793 den helm vom haupte gestoszen, der schild fällt ihm von den schultern 802, der brustharnisch ist gelöst 804, so dasz er nackt da steht 815, er sagt selbst 846 die götter haben ihm die waffen von den schultern genommen. dagegen in *P* will dem todten Euphorbos die waffen abnehmen 13. 16. Hektor zieht sie ihm würklich ab und zwar (Zeus sagt es selbst) 205 von haupt und schultern. von diesem widerspruche reden auch unsere scholien (schol. A. *P* 125, 186, 205); wie ihn Aristarch gelöst habe, ist uns nicht überliefert (Lehrs. Arist. p. 17). ich sehe zwei wege, entweder es fängt mit dem siebzehnten buche eine fortsetzung an, die in dem einen punkte nicht genau ihrem vorbilde folgt, oder, wie wir schon mehrere ausschmückungen in diesem liede fanden, der dichter hat von Apollo nur erzählt, dasz der gott dem Patroklos rücken und schultern geschlagen habe und die verse *Π* 793—805, 814, 815, 846 sind nicht von ihm. ich bin mehr geneigt zu der letztern annahme, nach der Patroklos tod und der kampf um seinen leichnam für ein zusammenhangendes lied gelten, weil in der folgenden erzählung alle punkte der vorhergehenden mit strengster genauigkeit aufgenommen werden, weil ich in ton und darstellung zwischen beiden keinen unterschied wahrnehme, weil endlich auch in dem letzten teile nach einander zwei mahl fremdartige zusätze kommen, die denen im ersten teile nicht unähnlich sind. deinde quod Friedlaenderus dicit Lachmannum, cui, ut verbis utamur Bentleii de Ezechiele Spanhemio adhibitis, nostra aetas nullum parem in litteris, secundos solos Hauptium et

Muellenhoffium habet, in libro tertio decimo discrepantiam ei, quae inter A 222 et 424 intercedit, simillimam praetermisisse et neglexisse, inpudentissimum est mendacium. nanque in eo carmine, quo liber tertius decimus continetur, non est locus, qui ei sententiae resistat, ex qua Troiani suos currus ad fossam reliquerint, solus Asius secum portaverit, quos locos Friedlaenderus tanquam a Lachmanno neglectos innuit, eorum alterum pro interpolato ita praetermisit, ut Bentleius decem illos versus, quos Horatii sermonum primi libri satirae decimae praemissos inveniebat, neque desunt inter philologos, qui versum illum aut uncis incluserint aut in marginem represserint, alterum deinde a Friedlaendero male explicatum esse postea docebimus. ergo nullae exstant discrepantiae, quibus quae in primo libro sunt, si modo vitium vitio tueri liceat, defendi eae possint. porro Friedlaenderus cum rhapsodum quendam, qui aliquando solam alteram primi libri partem declamasset, cum conmemorasset Iovis ad Aethiopas iter, recte potuisse contendit addere deos omnes eum secutos esse neque meminisse debuisse id cum prima libri sui parte non concinere, id contendit, quod nos cogat censere consulto in ipsis carminibus a rhapsodis aliqua mutata esse eosque, ut genio et voluptati indulgerent, quaedam consulto abiecisse ad sententiam pertinentia, alia ex ipsorum libito pro eis intrusisse. nanque, si Friedlaendero credimus, ille rhapsodus necesse est eiecerit quae ipsi eo loco erant tradita, in quem eam versus partem: *θεοὶ δ' ἅμα πάντες ἕποντο* intrusit. quod cum eum fecisse sine recta causa, quam adferre intermisit Friedlaenderus, non sit credibile, non possumus non disfidere eius de rhapsodo qui aliis eiectis haec intruserit sententiae, donec eam evincat et nos discendi cupidos doceat, quam ob rem quae ipsi declamanda tradita erant et ante eum per aliquantum tempus declamata erant ille eiecerit et quae rectum ambarum partium conexum turbant pro eis, quae certe recta et apta suo loco erant, intruserit. praeterea maximo studio semper memoria tenendum est rhapsodos, quos alicuius momenti ad tradenda carmina fuisse et ad servanda constat, in ipsis carminibus consulto nihil quod sententiam spectaret mutavisse neque in mutationibus ultra externam formam processisse et interdum, quanquam rarissime, additamenta hic illic carminibus non interiecisse sed quasi in cauda adiecisse, ut exempli

gratia digamma perdiderunt et fortasse catalogum Troianorum addiderunt, nisi forte vel is ut multae aliae partes Pisistrateis concinnatoribus adtribuendus est. denique quod praeter eam discrepantiam omnia reliqua in primo libro recte concinere, cohaerere, placere dicit, id verum non esse ex antecedentibus constat. adparet igitur denuo non posse a principio cohaesisse primi libri singulas partes. sed Friedlaenderus, qui ea inter primi libri duas partes discrepantia non inpediri, quin eae sint unius et operis et poëtae, se evicisse somniatur, cohaesisse a principio eas partes iudicat et, cum primo adspectu videri debere interlegat incredibile conplexum sexcentorum undecim versuum non esse uno quasi spiritu declamatum, sed declamandi caussa in duas partes dissectum, exponere utrum id factum esse verisimile sit necne opus ducit. ac vere quidem dissectum illum conplexum esse priusquam nobis persuadeat, argumentis evincendum id est. sed num in suo libello profert argumentum, quo illa de dissecto primo libro opinio firmetur? nequaquam. censet enim eam opinionem inde esse verisimillimam, quod alterius partis initio sit anacephalaeosis, quam ab Aristarcho et a Lachmanno a primae partis auctore abiudicatam ipse iudicat esse a rhapsodo intrusam, qui alteram partem sine prima protulerit eiusque primae partis suos auditores voluerit conmonefacere. atque hanc quidem anacephalaeosin ita ortam creditam caussam esse opinatur, cur primus liber censendus sit aliquando in duas partes disiectus esse. sed addere ille intermisit et qui ea opinio ex anacephalaeosi pateat et cur eam anacephalaeosin non ita ortam credat, ut eam ortam censet Lachmannus, cuius ea dicens rectissime dicta haece adfert verba: sie ist sehr schön in einem andern liede, in einer fortsetzung, die so an einen andern gesang anmutig zurück erinnert, cum tamen hic esse censeat neque continuationem neque aliud carmen, et cur hanc anacephalaeosin, quae tamen non simpliciter ex prima parte adrepta neque ex primae partis centonibus consuta est, auctore epico indignam censeat. sic igitur nequaquam ab eo evictum est, neque Lachmanni argumenta falsa esse neque primum Iliadis librum a principio uno tenore cantatum declamandi gratia in duas partes dissectum neque alteram partem posse a primae auctore ortam esse. ergo quaecumque Friedlaenderus, ut tres illas partes, quas Lachmannus ex primo libro exsecuit,

a principio non singulas fuisse sed conexas neque librum primum nisi declamandi caussa a rhapsodo quodam in duas partes discisum evinceret, adversum Lachmannum et Hauptium profert, ea non talia sunt, quae nos a Lachmanno et Hauptio in ipsius partes seducant, quanquam vir haud contemnendus, cuius scholis Homericis frequentes interfuimus, Adolfus Kirchhoffius, philologus doctissimus et de Euripidis crisi optime meritus, cum more Lachmanniano, quem tam paucos in adornandis editionibus criticis sequi vehementer dolemus, Euripidis multos codices (XIX) recensuerit et circumspecto iudicio ad classes recte revocaverit criseosque fundamenta optime iecerit, eidam opinioni Grotianae favet eamque in Odyssea adhibuit (cfr. Kirchhoff: die hom. Odyssee und ihre entstehung et conmentationes annalibus philologis insertas). sed redeamus ad Friedlaenderum. qui quidem in illa adpendice, postquam malas suas de primo Iliadis libro opiniones Grotium tanquam heroem, cum tamen nihil sit nisi dives mercator et vafer politicus democraticis addictus signis, secutus protulit, ad recensendas Lachmanni de dierum in primo libro numeratione sententias pergit ex eisque solam eam rectam esse dicit, ex qua duodecimus qui notatus sit dies secundum Aristarchum sit irae duodecimus. quae contra Lachmannum hic profert, ea non minus falsa sunt quam quae antea protulit. primum enim quod dicit nullam esse caussam, cur scholion ad A 490 Aristarchi esse censeatur, philologus quidam nostra laude superior nobis auditoribus multis eisque aptissimis argumentis, quae hic adferre longum est, id scholium Aristarchi esse persuasit. quae quidem illius nostri auctoris sententia aperte demonstratur ipso scholio ex codd. BLV petito hoce: *ἢ πρόληψίς ἐστιν ἢ εἰκὸς κατὰ τὸ σιωπώμενον καὶ ἐκκλησίαν καὶ πόλεμον πρὸς τοὺς περιοίκους γενέσθαι, ἐφ' ἑκάστης γὰρ συνῄεσαν νηὶ παρὰ πρύμνῃ Ἀγαμέμνονος. αὐτὸς δὲ ἦν ὁ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ἐξάγων, ὅπερ νῦν οὐκ ἐποίει. εὖ δὲ τῶν γενναίων ψυχῶν φθορὰς εἶπε τὴν ἀργίαν. τοῖς πρακτικοῖς γὰρ ἡ ἀργία φθορά ἐστιν καὶ κεῖτο γὰρ ἐν νήεσσιν φησὶ καὶ κεῖται ἀπομηνίσας*, cui scholio alterum adcedat oportet in A adscriptum hoce: *ἐχθρὸς γὰρ τῆς ἀργίας ὁ ἥρως, φιλότιμος δὲ περὶ τὰς πράξεις.* quibus scholiis quanquam fortasse non ipsissima verba tamen mentem et sententiam Aristarchi contentam esse ex tota argumentatione omnibus patebit, qui recta mente utuntur. iam vero cum plura de senten-

tiarum illis scholiis conprensarum auctore cur addamus non adsit caussa, satis esse videtur addidisse et nostra quidem sententia, nisi Lachmannus ex illo scholio ut Aristarcheo aliquid pro sua sententia conclusisset, Friedlaenderum certe id inter scholia Aristonicea maximam longe partem optime ab eo edita recepisse et recte de his rebus Lachmannum scholia illa Aristarchi mentem continere iudicantem ita censuisse: Zenodot verwarf die verse A 488—90, 492, den 491. schrieb er gar nicht. warum, hat hr. Bergk nicht richtig erraten, obwohl Aristarch die gründe der athetese widerlegt. er lehrt (sch. 490), dasz *ποθέεσκε δ' ἀυτήν τε πτόλεμόν τε* bedeute die untätigkeit sei dem helden schmerzlich gewesen, dem frühern kritiker schien also die begierde zum kampf der drohung zu widersprechen, dasz er nicht mehr streiten wolle, sondern heimkehren. und *οὔτε ποτ' ἐς πόλεμον*, sagt Aristarch, sei entweder *πρόληψις* oder es beziehe sich, da von zwischen liegenden tagen überhaupt nicht erzählt werde, auf kleine heerfahrten in die umgegend, die sonst Achilleus zu führen pflegte. dies scheint er so ausgeführt zu haben, dasz er zeigte, *εἰς ἀγορήν* sei ebenso anstöszig oder gerechtfertigt, als *ἐς πόλεμον*, wie denn auch Näcke beides gleich unschicklich fand. ein chronologisches bedenken nahm Zenodot an den versen nicht, denn sonst würde die tafel ihrer erwähnen. deinde quod Friedlaenderus ex Aristonici ad A 477 adnotatione negat elucere Aristarchum vituperasse Zenodoti et tabulae neglegentiam in eo positam quod diem reditus Ulixei denotare omisissent, male iudicat. nam prorsus ineptus et stolidus habendus esset Aristarchus, si ad eum versum docuisset: *ὅτι τῇ ἑξῆς ἐκ τῆς Χρύσης κατέρχονται· ἡ δὲ ἀναφορὰ πρὸς τὸν τῶν ἡμερῶν ἀριθμόν* neque ultra quidquam indicare voluisset, nisi quod eum indicare voluisse scribit Friedlaenderus his verbis usus: sensus est: diplen spectare dierum numerum ad quem dilegenter eum adtendisse scimus, nihil ultra, cui suae sententiae male Friedlanderus Lachmannum petens haece addit: quomodo Lachmannus Zenodoti neglegentiam in hoc scholio notatam invenire potuerit, non interlego. nam si sola illa hac adnotatione indicata essent, i. e. si omnia Aristarcho clara et perspicua visa essent neque quidquam ab alio ante philologo factum fuisset, quod ipsi videretur malum et ineptum, quid sodes eum potuit conmovere, ut eum versum dipla adposita denotaret, cum Ulixem suosque

comites altero post rixam die rediisse satis pateat ex ipsis versuum 475 sqq. verbis. deinde multa alia scholia huic ut ovum ovo similia aperte docent Aristarchum non ita locutum esse nisi aliorum ante philologorum malas opiniones refellentem. denique in eo, quod Friedlaenderus aliquid, quod primo adspectu alii homines et interlexerunt et interlegunt, se non interlegere dicit, nostra quidem sententia nullum est argumentum, quo permoveri possimus, ut cum Lachmanno et Hauptio dissentiamus, praesertim cum Friedlaenderus nihil addat unde pateat, cur alia censeat eo scholio expressa esse ac Lachmannus ex Aristarchi verbis interpretatus est. sed solet Friedlaenderus in eis, quae scribit et docet, argumenta omittere opinionum, cum non habere soleat quae pro eis suis opinionibus adferat. cuius nostrae sententiae aliud documentum praebet eadem de scholio ad A 477 adnotatio, in qua pergit: quod praeterea sumpsit scholia ad A 490 Aristarcho vel Aristarcheis esse adtribuenda non magis potest concedi, neque tamen addit cur, quae Lachmanno concedi posse negat, ea non possint concedi. porro quod dicit in ea re, quod Achivi A 472 Apollinem *πανημέριοι* laudarent canentes, cum tamen eo ipso die iam multa praecessissent, nihil sibi visum esse disficultatis idque inde evincere volt, quod vox illa, quae est *πανημέριος*, multis aliis locis adhibeatur diei aliqua parte iam peracta, false iudicat, cum neque reputaverit totum diem pro diei parte non poni posse nisi ea condicione, ut ex die maior pars supersit, neque interlexerit omnes quos conligit locos eam prae se ferre notionem. ergo etiam hac in re inprobandus est, contra laudandus Lachmannus, qui pag. 193 ita dicit: auch die schwierigkeit berührt die tafel nicht, dasz 472 die Achäer in Chryse *πανημέριοι* den Apollon besingen. das scholion erklärt 'den rest des tages', an dem geschifft und das festmahl gehalten ward, es verschweigt aber, dasz auch die versammlung mit allen reden in diesen tag fiel und die absendung des schiffes, bei welcher zwanzig ruderer gewählt und eine hekatombe geladen ward, quam adnotationem Hauptius respicit cum ita loquitur: zu dem aus *πανημέριοι* gewonnenem grunde für die verschiedenheit des verfaszers des ersten liedes und der ersten fortsetzung fügt sich noch eine andere betrachtung. tum, ut quae supra omisimus nunc adferamus, quod dicit Friedlaenderus: dasz Apoll während des aufenthalts der götter bei den Aethiopen an dem

opfer in Chryse anteil nimmt, daran ist meiner meinung nach kein-anstosz zu nehmen: *δύνασαι δὲ σὺ πάντοσσ' ἀκούειν*, respondendum ei est recte Lachmannum in ea re, quanquam non multum, tamen aliquid invenisse obfensionis. dicit enim: wenu man auch allenfalls zugibt, dasz Here und Athene 195 bei den Aethiopen den zank gehört haben und 484 Apollo bei den Aethiopen das sühnelied der Achäer hört. certe aliquid miri in eo est, quod dei, quibus non est ubiquitas, concipiunt quae multa milia passuum ab eis fiunt, neque quidquam miri remanet, si quidem cum Lachmanno tres trium auctorum partes in primo libro a conglutinatoribus conexas ponimus. denique quod dicit Friedlaenderus scholion ad A 493 non ea continere, quae in eo Lachmannus quaesiverit, non est cur refutemus, cum ille non evicerit. satis igitur esse videtur addidisse Lachmanni de hac re haece verba: zweitens da allerdings der zwölfte tag beide mahle gleich zu berechnen ist, so kann er das erste mahl freilich in der rede der Thetis sowohl von gestern, dem neunten tage (der pest) als von heute (dem zehnten) gezählt werden. aber wenn nun der dichter selbst erzählend sagt: am zwölften tage nach diesem, so kann er nicht von einer begebenheit ausgehen, die nicht er selbst sondern eine seiner personen erzählt hat; dies sagt das allzu kurze scholion zu A 495, dessen verständnis wir der tafel verdanken: *ἐκ τούτου λέγει τοῦ χρόνου τοῦ τῆς μήνιδος· εἶπε γὰρ ἡ Θέτις χθιζὸς ἔβη μετὰ δαῖτα*, Thetis, nicht aber der dichter. in quibus non est quod vituperemus. neque vero minus recte Lachmannus de scholio ad A 417 haec dicit: wenn mit Zenodot die verse 488-92 getilgt wurden, und nun ward 477—87 erzählt: mit dem morgen, also am elften tage, kehrte Odysseus heim, so muste der unmittelbar 443 folgende zwölfte tag nach diesem von dem elften an gezählt werden, also notwendig anders als in der rede der Thetis. dies bedeutet die diple bei A 477, cuius versus in scholio *τῇ ἑξῆς* illud nihil indicat nisi diem die irae subcedentem, diem post Chrysis sacerdotis ad Achivos adventum undecimum. sic igitur defensa prorsus est Lachmanni de altera Friedlaenderi parte in duas dissecanda sententia neque minus Friedlaenderi de mala dierum numeratione a Lachmanno facta opinio refutata. iam vero Friedlaenderus adversus Hauptium virum ipso multo maiorem, superiorem, meliorem conversus ita loquitur: die aesthetischen und sprachlichen gründe,

die Haupt zur unterstützung von Lachmanns abteilung anführt, überzeugen mich ebenso wenig. dasz man namentlich nicht berechtigt ist, die sprachlichen eigenheiten der zweiten fortsetzung als neuere auszdrucksweisen aufzufassen, glaube ich erwiesen zu haben philol. VI, p. 228, woselbst auch bemerkt ist, dasz verse und worte, die der Odyssee angehören, ausz dem grunde in der Ilias nur hier vorkommen, weil diese nur hier eine auszführliche beschreibung einer seefahrt hat. Haupt zählt unter diese eigenheiten auch wörter und auszdrücke, die selbst noch in den von Lachmann anerkannten liedern vorkommen und doch führt er ausz 200 versen nur etwa 20 solcher auszdrücke an, während ich in Lachmanns erstem liede etwa 40 einzeln stehende auszdrücke bemerkt habe. in der tat kann man annehmen, dasz durchschnittlich für jedes stück, dasz man untersucht, sich diesz verhältnis von ein mahl vorkommenden wörtern und wendungen widerholt. at primum nullum in ea re est argumentum, quod caussis ab Hauptio adlatis se Friedlaenderus dicit non posse conmoveri, ut eum sequatur et in eius sententias subcedat. tali enim in Hauptium ut ita dicamus invectioni recte obponimus eis caussis ab Hauptio adlatis sicut eis, quas Lachmannus adtulit, satis persuasum nobis esse Lachmannianos solos recte iudicare de primo Iliadis libro. deinde homo ille haud indoctus et conlectis Aristonici et Nicanoris Aristarcheorum reliquiis de rebus Homericis optime meritus aesthetica Hauptii argumenta in eo versantia, quod non sit credibile eum poëtam, qui primum suum carmen tam bene recteque instituisset, si sui ipsius operis efficere voluisset continuationem, quae narraret Chryseidem ad patrem reductam, eam tam male instituisse, ut quae in ea narratione summa sunt et maximi momenti eaque, quorum caussa totam institutam esse adparet continuationem, ea solis sex septemve verbis conprendisset, res vero adcessorias multis verbis ornasset, nihil curat, certe quod nihil habet, quod adversum ea proferat. sed eo modo quod summum est praetermittit. nam Hauptium constat ut Lachmannum (cfr. epist. ad Lehrs. apud Friedl. pag. V sqq. et nostram de Iliadis carmine XI paullo post hanc prodituram dissertationem) non multum fidei habuisse dictionis proprietatibus. quod porro Friedlaenderus se opinatur satis luculenter evicisse nihil

esse caussae, cur illae dictionis proprietates pro novis habeantur dictionibus, prorsus errat. nam satis mirum est, cum novies in Iliade, septies in Odyssea Iovis illud cognomen quod est εὐρύοπα ita usurpetur, ut sequente nominis proprii aut nominativo aut vocativo efficiant ambo vocabula totum pedem quintum cum sexti pedis arsi producta propter sequentem consonantem duplicem extrema epitheti syllaba, et in *Θ* 206, *Ξ* 265, *Ω* 331, quorum trium locorum primus in parte concinnatoria obelo digna est (cfr. add. 34, 376), alter et tertius in carminibus aetate et origine postremis et infimis (c. d. i. A. XIII, 129 et XVIII, 331), legatur εὐρύοπα Ζῆν, satis igitur rebus se ita habentibus mirum est, quod solis in *Α* 478, *Ο* 152, *Ω* 98, quorum trium locorum duo extremi sunt eisdem ex carminibus quorum sunt *Ξ* 265, *Ω* 331, ex carminibus scilicet aetate postremis et origine infimis (c. d. i. A. XIII, 450 et XVIII, 98), obcurrit dictio, quae est: εὐρύοπα Κρονίδην, quae duo vocabula arcte conexa in versu alterum et tertium pedem cum quarti arsi efficiunt. neque minus mirum est, quod, etsi saepissime in Iliade de somno sermo est, sola in hac continuatione καθεύδειν vocabulum obvium est, contra verbum, quod est εὕδειν, tricies adest, in Odyssea vero καθεύδειν vocabulum quinquies obcurrit. atque harum quidem duarum potissimum dictionum rationem Hauptius habuit, cum scriberet: aber sein stil hat eigenheiten, die man z u m t e i l w i r d als neuere ausdrucksweisen auffaszen d ü r f e n. porro non possis videre, quid permovere potuerit hunc Achilleidis Friedlaenderianae auctorem, ut in suum poëma, quod tamen praecipue in rebus bellicis versatur, explicatam et extentam itineris maritimi descriptionem hic inculcaret. quae quidem ab Iliadis indole prorsus aliena atque, id quod nuper amicus quidam Ernestus Assmannus, med. et chir. studiosus, qui conmentationem de navi Homerica et Hesiodea multis cum studiis conscripsit, invenit et nobis demonstravit, in rebus navalibus prorsus cum Odyssea culturaeque statu, qui obtinuit, cum auctores minoris scholae Homericae vigerent, consentiens nobis nova videtur esse caussa, cur eam primam continuationem censeamus esse pacatioris i. e. posterioris aetatis, quae conplexa est res naveles tanto studio, quanto res bellicas Iliadica aetas seu potius aetas antiquioris scholae Homericae fortasse conditae ab homine quodam Homero dicto (cfr. Koechl de Il. carm. diss. III,

p. 11). nisi potius Homeri nomen cum Muellenhoffio (cfr. zur geschichte der Nibelunge nôt pag. 71) pro adpellativo nomine habendum et aut socium aut libenter adceptum cantorem sive ἐρίηρον ἀοιδὸν aut eum, qui φωνῇ ὁμηρεύει (Hes. theog. 39) indicare dicendum est. porro quod Friedlaenderus dicit Hauptium inter eas dictionis proprietates numerasse etiam dictiones et vocabula, quae vel in eis carminibus obvium irent, quae Lachmannus adgnovisset, non mentitur, sed non animadvertit sola ea ab Hauptio denotata esse carmina, quae multis eisque certissimis indiciis constat esse posterioris originis quam primum et aliquot alia carmina, quae antiquissimis scholae Homericae orta sunt aetatibus. denique quod ille dicit Hauptium in versibus ducentis eiusmodi dictiones et vocabula viginti tantum invenisse, se vero in versibus primi carminis trecentis quadraginta quinque vidisse quadraginta atque eundem esse dictionum et vocabulorum semel tantum obcurrentium per omnes Iliadis similis conplexus partes numerum, male iudicat. primum enim non sensit Hauptium consulto ea tantum vocabula et dictiones curasse, quae aliquid habent ad rectum iudicium momenti, et in talibus rebus nihili paene esse numerum, sed potius genus et indolem respiciendam esse earum proprietatum indeque perspicue adparere alteram continuationem esse posteriorem. deinde eum se in primo Lachmanni carmine quadraginta vidisse proprias dictiones dicentem non probandum esse alterum recensentes primi carminis ἅπαξ εἰρημένα evincemus. legimus autem (cfr. pag. 14) in vs. 99 (A 99) ἀνάποινον, in vs. 104 (A 104) λαμπετόωντο, in vs. 113 (A 113) προβέβουλα, in vs. 119 (A 119) ἀγέραστος, in vs. 126 (A 126) παλίλλογα, in vs. 128 (A 128) τριπλῇ, τετραπλῇ, in vs. 166 (A 166) δασμός, in vs. 204 (A 205) ὑπεροπλίῃσι, in vs. 224 (A 225) ϝοινοβαρές, in vs. 230 (A 231) δημοβόρος, in vs. 234 (A 235) τομή, in vs. 260 (A 261) ἀθέριζον, in vs. 290 (A 292) ὑποβλήδην. sunt igitur secundum Bekkerum, quo recte usi esse nobis videmur auctore, non quadraginta ἅπαξ εἰρημένα in primo Lachmanni carmine, sed quattuordecim, ut unum sit inter versus vicenos binos. verum non nostrum est in hac re Friedlaenderum, cuius opinionem de primi Iliadis libri unitate prorsus falsam esse ducibus Lachmanno et Hauptio viris nostra laude superioribus satis superque interleximus, refutare, cum philologus

Gottingensis non praesto sit. postremo non abhorret ab huius commentationis instituto addere non tam clare et perspicue, ut ipsius sententia possit perspici et concipi, dicta esse, quae Bernhardyus Halensis, de omni re Homerica in bona sua et omni laude digna historia litteraturae Graecae non satis perspicue iudicans, cum non Lachmanni sententiam sed propriam opinionem sequatur, de primo Iliadis libro his verbis profert: erhebliche bedenken, die auf die spur verschiedner hände führen, bieten sich nirgend so zahlreich als in der Ilias: vorn in die tadellose *Μῆνις* (nur Paul La Roche philolog. XVI, 41 wagt an der episodischen rede Nestors zu mäkeln) ist (wie Haupt sah) unpaszend v. 177 ausz *E* 891 eingeschlichen. weiterhin kreuzen sich zwei stufen der erzählung und greifen verschränkt in einander, indem sie 348 und 430 bei dergleichen fuge des verses mit dem formelhaften *αὐτὰρ Ἀχιλλεύς* — *αὐτὰρ Ὀδυσσεύς* anheben laszen und auf verschiedenen punkten den zwist und die pest zu ende bringen. eine spur des rhapsodischen vortrags (p. 125) liegt in der zeitbestimmung *χθιζὸς* 424. ein geringeres bedenken macht in diesem zusammenhange der vieldeutige [?] zusatz *ἐκ τοῖο* (Lachm. p. 6), doch hob Zenodotus einen teil des anstoszes (über dessen ansicht und berechnung Bergk in einer gelegenheitsschrift Marb. 1845) durch auszscheidung von 488 — 92. erörterungen bei K. O. Müller: kl. deutsche schr. I, 461 sqq., Gross: vindic. Hom. Marb. 1845, Bergk: zeitschr. für altert. 1846. n. 61-64, Düntzer: zeitschr. für gym. XI, 1857 p. 411 sqq., XIV, 1860 p. 329 sqq., Aristarch, dasz 1., 8., 9. buch der Ilias kritisch erörtert, Paderborn 1862, Hiecke: progr. v. Greifswald. dasz kleinere stück, Odysseus führt Chryseis zurück, fordert der natürliche verlauf des epischen berichts [?] und hiemit schlosz die romanze vom zwist der könige, sie war dasz werk eines sängers [?], der ein stück ausz bekannter sage vortrug und darum auch den Patroklos, wo er zuerst vorkommt v. 307 (Haupt pag. 99 erinnert daran) als bekannte figur blosz patronymisch bezeichnet. die beiden benachbarten stücke (348—430, 493 — 530) Thetis und Achill, Thetis und Zeus, welche jenes episodium von der rückgabe der Chryseis mit berechneter kunst [quis ea arte usus est utrum primus auctor an concinnator?] verschränkt, sind dasz erste glied eines zusammen-

hangenden epos, welches vom motiv der *βουλὴ Διὸς* bestimmt wird [?]. eigenthümlichkeiten im sprachgebrauch dieser zweiten partie stellt Haupt pag. 100 zusammen, man wird aber hierausz allein kein erhebliches resultat ziehen [neque id conatus est facere Hauptius]. Hoffmann im philolog III pag. 197 sah, dasz ein selbständiges werk der art nicht eigentlich (wie Lachmann die zweite hälfte für zwei fortsetzungen erklärt) eine fortsetzung heiszen kann [?]. gleichwohl bezweckt eine solche dasz von alten getadelte, zum teil verurteilte, von neuern als interpolation eines rhapsoden [Friedlaenderus in adpendice] entschuldigte summarium v. 366 — 92 und wir dürfen doch nicht, wie jener meint, glauben dasz ausz mehreren darstellungen vom zwist der könige, welche mehr in den hauptpunkten als in allen einzelnheiten übereinstimmten, diese gewählt und ihr eingang mit der jetzigen erzählung vertauscht sei, als ob Homer nur fremdes material redigirt hätte [?]. soweit erscheint die meinung von Näcke opusc. I, 266 natürlicher dasz dasz gedicht *Μῆνις*, der kern dieses buchs, die verse 348-430 von *αὐτὰρ Ἀχιλλεύς* an nicht enthielt [?], neque vero minus aptus hic locus est, quo adferatur quae Curtius in libello, qui inscribitur: über den gegenwärtigen stand der hom. frage, maximam partem optime de Nitzschii de primo libro conatibus hisce verbis docet: Lachmanns' einwendungen gegen die einheit des buches A der Ilias werden weniger mit gründen, als mit der widerholten bemerkung, sie seien der nationalen auffaszung bar (cfr. diss. aug. p. 47) bekämpft. dasz befremdliche [recte!] *ἐκ τοῖο* machte doch aber schon dem Zenodot und dem Aristarch den kopf warm, und hrn. Nitzschs behauptung jenes seitdem gehe nicht auf dasz zunächst liegende, sondern auf 425 *χθιζὸς ἔβη κατὰ δαῖτα*, widerspricht der sonst so oft er kennbaren homerischen klarheit und genauigkeit der einzelnheiten. auf dasz andere hauptbedenken Lachmanns, den aufenthalt der götter bei den Aethiopen betreffend, wird sogar (s. 180) nur mit einer ganzen reihe möglicher deutungen, nicht mit einer bestimmten erklärung geantwortet und schlieszlich heiszt esz: »jedes falls ist der ganze anstosz ein für die momente der handlung unerheblicher wenn es würklich für die zuhörer einer war. diese worte verkehren den gesichtspunkt vollständig. für die hörer freilich waren alle

solche kleinen widersprüche unerheblich [?]. gefeszelt von den gestalten der herrlichen poësie, genieszend, nicht kritisirend nahmen sie diesz eben so gut hin wie die vielen seltsamkeiten, die nach hrn. Nitzsch erst durch interpolation in den text kamen [?]. der standpunkt des hörers ist uns also ganz gleichgiltig und unsere jugend mag auch jetzt wider nach art jener hörer über solche stellen hinwegeilen [ja nicht! cfr. pag. 8]. wenn aber die wiszenschaft fragt, ob hier ein widerspruch ist, so liegt dem immer der gedanke zu grunde, dasz widersprüche innerhalb eines von einem dichter ausz-gegangenen organischen ganzen, zumahl wenn diesz ein so kleines ist wie dasz erste buch, undenkbar sind, dasz dasz wesen menschlichen dichtens sie auszschlieszt, dasz folglich solche widersprüche kriterien für die äuszerlich zusammengelötete arbeit mehrerer dichter sind. wie kann man nun dasz eine widerlegung dieser ansicht nennen, wenn man behauptet, ein widerspruch sei unerheblich oder dasz tue alles nichts, man müsze an einen dichter glauben. denique ex rebus digammaticis, grammaticis, metricis, quae quanquam studiose conligendae et curandae tamen non sunt pluris aestimandae, nihil posse de diversa singularum libri primi ab eo in altera poëseos Homericae aetate positi (II, 253) partium aetate conici recte Hoffmannus, qui in quaestionibus Homericis de illis minoris momenti rebus summa dilegentia et cura agit, ita pag. 201 evincit: valet digamma in his vocibus: *ἄναξ* 7, 390, 444, 502, 529, ex versu 75 non potest recte concludi, *ἕχαστος* 550, 606, *ἔοιχα* 119, *εἶπον*, *ἔπος* 85, 90, 108, 211 (108, 543), *ἔργον* 518, 573, *ἐρύω* (485), *ἐρέω* 201, 233, 297, 419, *ἴσος* 163, *οἶνος* 462, *ὅς* 333, 307, *οἶκος* 606. *ἕ*, *οἷ*, rad. *Fιδ* digamma von egent. leguntur saepissime. de *εἴλω* non constat ex vs. 409 cfr. § 666. quae cum ita sint, de coniecturis meis (cfr. adpendic. ad quaest. V, cap. II) non dubito. patet autem si, de versu 548 recte statui, hanc libri partem pertinere ad antiquissimam carminum Homericorum aetatem. — at apocope *ὀπείξομαι* ad recentiorem aetatem videtur pertinere cfr. 868. item syllaba anceps (§ 78) conrepta ante *ἰδεῖν* v. 203 recentiorem fortasse demonstrat aetatem. ceterum in thesi ante pronomen personae tertiae nec conripitur syllaba finalis brevis in consonam litteram desinens nec producitur. De hiatu: diphthongus finalis in thesi producitur 39, in altera thesi 505;

hiatus inlicitus non legitur praeter 311, de quo versu cfr. § 67. patet igitur rarius hiatum legi in hoc libro, quam in libris *B, E, Λ* aliis. de πότνια Ἥρη § 67 extr. Syllabarum finalium brevium productiones duriores non leguntur praeter versum 45, quem putamus esse adulterinum (?), cfr. § 229. nec ad caput secundum quaestionis sextae pertinet quidquam. malam caesuram versus 125 delevit Bekkerus scribens ἐξεπράθομεν. Levioribus productionibus non eget hic liber. cfr. §§ 73. 74. — — Interlegunt lectores de diversa singularum partium huius libri aetate ex meis quaestionibus non posse concludi. perspicitur illo solo ὀπείξομαι nos non posse confidere. nam quin pauci versus recentiore aetate in omnes libros vel antiquissimos inlati sint nemo dubitat. statuimus ita nos ipsi de versibus 343, 344, 345. quid in his Hoffmannus recte iudicaverit, quid false quaerere nil adtinet, sed id cum Lachmanno et Hauptio cavendum esse censemus, ne quis nimis fortiter ex talibus rebus de divera singularum partium origine coniciat, cum in his rebus per neglegentiam rhapsodos multa mutavisse et obvelasse per se constet. haec igitur habuimus quae de primo Iliadis libro proferremus neque quidquam addimus nisi ne ipsum quidem alterius continuationis auctorem sibi prorsus convenire sed diversis de Briseide ab Agamemnone Achilli erepta fabulis, quarum alteram in urbe, in qua primum canebat, traditam, alteram apud auctorem, cuius carmen continuabat, ex fabulis ipsi traditis adhibitam invenerat, subiectum nunc (add. 6,44, A 391) ab Agamemnone ipso nunc (add. 6, 97; A 507) ab eius praeconibus Briseidem ex Achillis navibus in Agamemnonis naves transportatam narrare neque tamen propterea vituperandum esse sed sua ipsius quasi inter duas ignes statione excusandum. qua ipsa discrepantia, quam nullum speramus inter eas numeraturum, quas Curtius rectissime pag. 17 (cfr. supr. p. 53 sq.) damnat neque tolerabiles dicit, iterum posterior efficitur origo continuationis, quam diversam a carmine esse inde quoque constat, quod, de qua re in carmine nihil vestigii est, Achilli brevis tantum vita destinata narratur. sed si tamen quis vel hanc discrepantiam quanquam satis a nobis explicatam tolerari non posse putat, in A 391 pro ἔβαν κήρυκες ἄγοντες legat oportet ἀπώχετο αὐτὸς ἀπούρας, pro qua formula facile illam per aoedum quen-

dam vel rhapsodum intrare potuisse quis est qui neget? iam satis multa verba fecisse nobis videmur de Iliadis libro primo. valete igitur, viri doctissimi et inlustrissimi, et benevolo animo adcipite hunc parvum libellum, quem vobis optime de nostris studiis meritis inscripsimus, ut debitas vobis referremus gratias. valete nobisque in perpetuum favete.

Datum Quedlinburgi die Lachmanni mortali anno redeunte tristi III a. Id. Mart. anni MDCCCLXVIII.



Berolini: typis expressum in officina I. Draeger (C. Feicht).

Errata.

pag. 10 vers. 35 lege hac pro hoc.
pag. 21 vers. 9 lege liebiu pro libiu.
pag. 47 in Il. A 391 *ἀφείλετο* potius quam *ἀπῴχετο* cecinisse primus continuationis auctor videtur. subiectum ex toto conexu facile elicitur. mutatio autem facta esse videtur a rhapsodo, qui carmen primum et continuationem alteram uno tenore canebat et cum in primo carmine praecones dici Achillem Briseide privasse meminerat tum in ipsa continuatione oblitus erat modo dictum esse: *αὐτὸς ἀπούρας* (II, 6, 9. Il. A. 356).


Gh 63.345
De Iliadis libro primo.
Widener Library
004294463
3 2044 085 127 116